PRAXIS TUTELARIS ABSOLUTISSIMA. IO. PAULI GALTERII I.C. ALTIMONTANI ...

Giovanni Paolo Galdieri, Giovanni Battista Coccini

PRAXIS TVTELARIS ABSOLVTISSIMA.

IO. PAVLI GALTERII I. C. ALTIMONTANI.

IN QVA MIRO ORDINE, AC METHODO, quæcumq; ad Tutores, Pupillos, & Iudices in hac materia spectant, explicantur, & traduntur.

OPVS SANE AVREVM ADVOCATIS, IVDICIBVS, & alijs tàm in foro, quàm in scholis versantibus apprime vtile, ac necessarium.

ACCESSERE PRAETEREA HAC SECVNDA editione Additiones eiusdem Authoris eruditissimę Asterisco notatę.



NEAPOLI, Ex Typographia Secundini Roncalioli.

Sumptibus Stephani Monleueri Bibliopola. MDCXXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

ADMODVM ILLVSTRI VIRO

IOANNI BAPTISTAE VALENZVELAE VELAZQVEZ

Regio à latere Consiliario, Regiamq; in Regno Neap. Cancellariam Regenti. Dño suo.

Ioannes Paulus Galterius Altimontanus Iureconsultus æternam fælicitatem.

VEtus fuit apud omnes cunctarum ferè regionum scribentes institutum, vt lucubrationes suas celsioribus quibusdã viris, qui eas à Zoilorum morsibus, ac inuidiorum tuerentur telis, nuncuparent. Non tamen ignoro eorum quosdam genere claros, opibusq; potentes viros, hos supremis in Republica magistratibus præcellentes, illos verò literarum, ac scientiarum fulgore nitentes optasse, qui proprio Marte, proprijsq; viribus oppugnantes arcerent, atq; terrerent.

rent. Mihi verò, dum in iuris studiosorum gratiam, pupillorum commodum, tutorumq; instructionem Praxim tutelarem iterum typis auctiorē tamen, & fæcundiorem essem commissurus, eius propugnatorem diutius quærenti, ac maxima diligentia inuestiganti occurristi vnus tu (Perillustris Valenzuela) cui omnia præmissa dona adsunt, mirificèque suppetunt ita, vt dubitandum non sit hos meos labores, atq; vigilias ab oblatrantium armis vniuersum terrarum orbem securas sub tuo clypeo esse peruagaturas. Licet enim paterni, & materni generis claritate, ac antiquitate præfulgeres vt quā maxime, prout Hispaniarum, & Castellæ potissimum Regni, vnde genus ducis, chronistarum monumenta testantur, tu sapientem, ac prouidum Vlixem imitatus, qui Aiaci generis claritatem obijcienti respondit

Nam genus, & proauos, & quæ nō fecimus ipsi
Vix ea nostra voco.

parum pensi habens, si maiorum tuorum nobilitate fulgeres, ni propria virtute confouereris, totus ab ineunte ætate literis humanioribus primum, ac inde Salmanticæ Iuris prudentiæ addictus ita profecisti, vt vix decimum septimum ætatis annum agens primum in iure Pontificio gradum consecu-

tus,

tus, publicèque inde propositis iuris theorematibus defensor, & oppugnator optimus, eximiusq; ab astātibus fueris acclamatus, & decimo nono à natiuitate tua anno Licentiatus, ac Doctoratus gradibus in vniuersitate Seguntina insignitus, & decoratus. Tum Concham patriam tuam concederis, ita utriusq; Iuris prudentiæ incubuisti, & insudasti, ut consulendo, & patrocinando optimum ingenij tui specimen cunctis exhibueris, & quantus in iure futurus eras demonstraueris: Vnde in subcollectoris Apostolicæ Cameræ in eadem Ciuitate, & Episcopatu officium (munus quidem antea non nisi insignis Cathedralis Ecclesiæ dictæ Ciuitatis Canonicis, & maioribus dignitatibus concessum) euocatus fueris, ac ultro præelectus ab Illustriss sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Gymnasio Millino, & Carafa, tunc Hispaniarum Regnis. Apostolicæ Sedis successiue Legatis, ac Collectoribus Generalibus Cameræ præfatæ: In quo sic te gessisti, vt ab Illustrissimo Viro Don Andræa Pacecho Prælato omnium uirtutum genere, cæteris præferendo, eiusdemque Ciuitatis antistite Vicarius (ut dicũt) generalis optatus fueris. Tũ Madritiũ adiens à Regia, & Catholica Philippi Regum omnium maximi Maiestate ascitus ita integerrimũ

eius

eius Consiliarium per annos sex egesti, ut te postremo in supremum eius à latere Consiliarium (Regiam Cancellariam Regentem dicunt) erexerit in quo munere per triennium sic te omnibus exhibuisti, & exhibes, ut aditu nemo facilior, in congressu nemo suauior, nullus deniq; ad bene de republica merendum paratior esse posit, quāplura, quæ prouideris pro uniuersitatibus regni temporibus maxime calamitosis, omnibus notum est. Taceo eximiam prudentiam tuam in materia iurisdictionum, ut consilium Dedali Icaro filio frustra datū.

Inter vtrumque vola, medius tutissimus ibis.

Adeo bene seruaueris, ut Pontificiam simul, & Regiam iurisdictionem sarctam, tectam præstiteris. Quod ex lucubrationibus tuis typis iam excussis, quæ per omnium manus euagantur, nempè ex propugnaculo monitorialium S. Pont. Pauli V. contra Venetorum rempublicam; Primo tomo consiliorum, & tractatu discursuum status, ac belli contra rebelles constat: & ex cæteris, quæ breui Deo dante in lucem prodibunt, manifestum fiet. Missam facio summam religionem tuam, ac erga Sanctos deuotionem, quæ ex multis, & maximè ex descriptione vitæ S. Iuliani Conchensis Episcopi diù in lucem editæ iam enitet. Quibus quidem

om-

omnibus adductus ego, cui magis hoc opus dicare debui quam tibi (Perillustris Collateralis Consiliari) qui Ecclesiarum, & Orphanotrophorum protector existis, vir quidē genere clarus suprema Magistratus sublimitate conspicuus, ac scientiarum omnium, & Iuris prudentiæ potissimum facile Princeps, in quo vno, quæ singula pro tuarum lucubrationum defensione scribentes optarunt, cuncta simul scio me fore consecuturum. Accipe igitur (Perillustris Domine) Hilari fronte munus oblatum, quod licet in se sit corpore, & eruditione exiguum, incrementum tamen, & gloriam ex celeberrimi nominis tui inscriptione cōsequetur. & dum maioris eruditionis opus ex feudis tibi notum addicere publicæq; vtilitiati sacrare me accingo, tu interim tuum foue, ac tuere Galterium. Vale ex Altimonte Kalēdis Septembris MDCXXI.

BIBLIOPOLA
BENEVOLO LECTORI.

DVO iam fluxere anni, cum Io. Pauli Galterij I. C. Altimontani, optime de Iurisprudentia meriti, instrumentalem praxim edidimus: quæ cum iuris studiosis valde arriserit, constitui, primum eiusdem Authoris ingenij fœtum, Tutelarem Praxim nimirum recudere. Idque eò alacrius sum executus, quòd nouis, & doctis eiusdem Authoris Additionibus, hac nostra editione auctam, & exornatam, & in meliorem formam redactam damus. De hac re licet à multis sit tractatum, tamen, vt eruditorum virorum est iudicium, noster author ita in hoc argumento est versatus, vt breui Methodo, & singulari doctrina, omnia ferè sit complexus. Accipe igitur, Lector optime, hilari fronte tanti viri in hac quotidiana materia desideratos labores. Cuius etiam propediem expecta Feudalem Praxim, cui iam extremam manum imposuit. Tu interim dum illius editionem adornamus fruere hac, cuius in recessu plura, quam in fronte reperies. Illudque pro certo habeas, vt ille totus in scribendo est, ita ego totus sum in tuæ vtilitati, ac commodis seruiendo. Quod quotidie me exequi facilè animaduertis. Vale.

INDEX COPIOSUS,

Et fidelis verborum, & rerum in Praxi Tutelari contentarum.

A

pli-

D

Dis-

Ex-

Iudex

3. rub.

Ma-

M

cum

nis

pupilli

re

honos

Tu-

pupilli,

IOANNIS PAVLI GALTERII
IVRE CONSVLTI ALTIMONTANI,
PRACTICA TVTELARIS
fœliciter incipit.

PRÆFATIO:

TVTELA mihi à quodam consanguineo filiarum suarum, ac bonorum administratione præceteris contutoribus testamento delatis, quia id oneris nec poteram, nec ex causis reijcere debebam, acceptaui; sperans in verbis eius, qui per Dauidem Psalm. 40. & 145. *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, pupillum, & viduam suscipiet, in die mala liberabit ipsum Dominus:* Et quoniam hoc intelligere, & suscipere est, si quis omnia, quæ debet, legitimè efficiat, & non si pupillæ, & viduæ iudicium peruertat, quia maledictus; vt habetur Deuteronomij cap. 27. num. 19. ideo, vt facienda facerem, & omitenda relinquerem, circa materiæ tutelaris cognitionem aliquot annis consumptis, cogitabam ad instructionem, & salutem meam, aliorumq; tutorum,& pupillorum defensionem Praxim tutelarem conficere, & ea, quæ hinc inde sparsa collegeram in ordinem, & tractatum redigere: Verum, quia puer ego eram, pro vt sum, & loqui nescius, vt Hyeremiæ cap. 1. num. 6. recurrens ad te,Domine virtutum, cum Dauide Psalmo 118. virgulo 38. & 43. *Statue* (dixi) *seruo tuo eloquium tuum in timore tuo: Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque,quia in iuditÿs tuis supersperaui.* & cum Moysi Exodi cap. 4. audiui. *Perge, & ego ero in ore tuo, doceboq; quid loquaris.* Vnde Deo ipso fauente ad opus me accingens compleui, illudq; in tres partes commodioris vsus, & memoriæ gratia iuxta doctrinam glo. in §. igitur in Procemio Institutionum, diui-

dendum censui :Prima continebit actus tutelares vsq; ad administrationem exclusiuè per tutorem faciendos, & has rubricas comprehendet.

Studeat primum tutor datus,
Vt personam suam inspiciat,
Et vel sese excuset,
Vel acceptans solemnia adimpleat.

Secunda actus, qui fiunt ab administrationis decretatione vsque ad pubertatem pupillorum, & finem tutelæ exclusiuè, & ijs rubricis explebitur.

Tum persona pupilli curam gerendo,
Vtiliter agat, & contrahat,
Librum conficiat rationum,
Ac cætera citra dolum, atque culpam;
Ne se vti suspectum remoueri contingat.

Tertia, & vltima complebitur ijs actibus, qui fieri debent à die tutelæ finitæ vsq; ad absolutionem, & quietationem ab ipsius administratione inclusiuè per has rubricas.

Tutela inde completa
Rationem reddat, & reliqua;
Quò peracto se legitimè procuret absolui.

PRIMA PARS.

In hac prima parte discutiētur actus tutelares per tutorē vsque ad administrationem exclusiuè faciendi per quatuor rubricas sequentes.

Studeat primum Tutor datus. Rubrica prima.

SVMMARIVM.

1 *TVtela, ac tutorum institutio vnde, per quas formulas, & qua de causa processerit.*

2 *Diffinitio duplex quid nominis, & quid rei.*

3 *Tutela, & Tutor vnde dicatur, & quotuplex sit num. 7. & seq.*

4 *Tutela definitio.*

5 *Fœmina an, & quando possit esse tutrix.*

6 *Tutor quo ad pupillaria loco domini habetur.*

8 *Tutor simpliciter datus cum alio, in solidum datus esse censetur.*

9 *Honorarius tutor qui, eiusq; officium.*

10 *Honorario tutori rectè à pupilli*

RES omnis, cuius est disciplina, an sit, quale sit quæritur. Prima quęstio est in coniectura posita Secunda definitione completur. Tertia distinctione explicatur. Vt igitur aliquā doctrinæ viā, & modum in hac Tutelari Practica habeamus, operępretium esse duxi hūc ordinē seruare, vt videamus primo, an sit tutela, & tutor, ne frustra laboremus, si in eius rei, quæ non est, cognitione verba consumpserimus: Secundo quid sit, vt Cicerone docente, intelligatur id, de quo tractatur. Tertio qualis, seu quotuplex sit, vt tutelarum, ac tutorum generibus inuentis, eorumq; natura perpensa ad aliquem finem perueniamus.

Prima quæstio an sit aliquid quatuor in partes à Cicerone distribuitur, quarum vna est, an sit aliquid, secunda vnde quid ortum habuerit, & dicatur.

Tertia qua de causa id inductũ fuerit. Quarta in qua de mutatione, & rei interitu quæritur. Ideo nos (quoniam tutelam, & tutorem in iure nostro reperiri dubitare nõ oportet) in hac prima questione videbimus, vnde tutela, & tutor ortũ habuerint; qua de causa fuerint adin-
1 uenti, & de Tutelæ, ac tutorum mutatione. Et dicimus, quòd à lege duodecim tabularum, & à iure ciuili §. inst. de tutelis. declara tamen ea verba iure ciuili, idest à prudentibus Iureconsultis, quibus concessa fuit potestas duodecim illas tabularũ leges interpretandi, aliasq; cõdendi: ea enim interpretatio proprio, ac speciali nomine ius ciuile dicitur l. 2. §. his legibus ff. de origine iuris. Non tamen per hoc teneas, quòd Tutelæ prima origo fuerit à iure ciuili, qn potius ex vetustissimo Grçcorum iure, quod Romani, vel pleraq; alia suam in Rempublicam induxerunt, arg. §. & non ineleganter instrut. de iure nat. gent. & ciuili. & dictus §. primus inst. de tutelis, & l. 1. ff. eodem intelligentur, quòd ius ciuile dederit formam, & sic prudentes excogitarint formulas, ne scilicet quis Peregrinus ciuis Romani tutor esset, vt certę tutelæ sint legitimæ, fiduciarię, quasi legitimæ, Attilianæ, quo pacto aliqui se se excusent, quoue modo suspecti sint accusandi, & remouendi, ac alia quædam facienda, de quibus per egregium Iureconsf. Philippi II. Regis in Senatu Vltraiectino Cõsiliarium Paulum Montanum, quæ posthac sub nomine Montani breuiatè pronunciabimus, in suo eleganti, ac copioso tractatu de iure Tutelarum, & curationum cap. 6. per totum. Causa quidem fuit, vt pupilli, & impuberes duodecim, vel quatuordecim annis minores, patre orbati, & carentes ab aliquo in patris locum suffecto tã in persona, quã in bonis, ne eorum contingat dilapidatio, defenderentur d. §. 1. & d. l. 1. vbi notatur. De tutelæ, & tutorum mutatione videbimus in discursu operis, & maximè in Rubricis. *Ne se vti suspectum, & Tutela completa.*

Secunda questio principalis est, vt quid sit tutela, & tutor, & ipsa duplex sit, altera quid rei, secundũ Aristotilem 2. posterio. c. 1 [illegible] Definitio nominis, teste [illegible] 4. Metaph. omnem tractatum, & disputationem præcedat; ideo videndũ imprimis, Vnde dicatur tutela, & tutor; inde quid sit tutela, &
3 tutor. Et quidem Tutelam, & Tutores à tuendo dictos nullus ambigit, & patet in d. §. primo, hinc Tutela defensio, & Tutores dicũtur quasi tuitores, idest defensores, eo quòd pupillum defendere debent l. 1. ff. de mi-

nor.

nor. d. l. 1. ff. de tutel. Pract. Papien. in libello, quomodo agit. ad ratio. tut. redden. vers. suos tutores in princ. Montanus vbi supra cap. 1. num. 10. cum seq. & c. 4. in princ. Sed Deus Opt. Max. faxit, vt aptior non sit ex communiori practica ethimologia huiusmodi, vt tutores, quasi tollitores, dicantur, cum plerumq; pupillorũ bona euertant, & tollant; quod exclamat Alber⁹ in Diction. vers. tutores, & d. l. 1. ff. de tutelis, Antonius Piaggius in tract. de tutore, & curatore q. 1. num. 3. Montan. d. c. 4. num. 7. vbi de probis, improbisque aliquot tutoribus meminit. Et ex Borgnino Caualcano in suo tract. de tutore, & curat. num... dicitur Tutor quasi, quòd possit tuto, vulgò, *securamento, torre*. Tutela autem definita est à Seruio Iureconsulto in d. l. 1. & ab Impe-
4 ratore in §. 1. inst. de tutelis vt sit. *Vis, atque potestas in capite libero ad tuendum eũ, qui propter ætatem se defendere nequit, Iure ciuili data, atq; permissa*. hanc recenset, & probat Guttier. de tutelis, & curis p. p. c. 1. in princip. *Vis est, atq; potestas.* Glossa exponit idest violenta potestas; quia (inquit ipsa) constituitur inuito tutore, & inuito pupillo l. nullus C. de decurion. lib. 10. l. illud, & l. necnon ff. de tutor. & curato. datis ab ijs, & l. 2. ff. de tutel. plura allegat Guttier. loco cit. num. 21. Verum ego ex Monta. cap. 2. num. 20. expono *Vis, atq; potestas* .i. ius potestatis, & authoritatis tutori competentis, & hoc per nonnulla iura, & maxime l. final. C. de patria potestate, ibi. *Ius, ac potestas vitæ, & necis*, & l. primam in fin. ff. de liber. exhiben. ibi *Iure patria. In capite libero*. vt hæc verba referantur ad tutorem, non pupillum per sequentia definitionis verba. Ad differentiam serui, qui non potest habere tutorem, & sub tutela esse, vt inst. de Tutel. in princ. ibi *Nam ex ijs personis, quæ in potestate non sunt, quidam sub tutela, &c.* & sic caput liberum accipitur pro persona libera nullius alterius iuri, vel potestati dominicæ, patriæ, vel maritali subiecta: ex quo Mont. qui id tenet c. 3. n. 28 infert, quod nec filijsfamilias, quia in patris potestate; nec matrisfamilias, quia in viri manu; nec denique seruo ob potestatem dominicam, cui subest, tutor dari possit, & filio familias tutor legitimus est pater, atq; curator per multa, quæ allegat num. 34. & 35. nec etiam emancipato ob reliquias præcedentis potestatis, & affectionis; adhuc enim in eo durãt naturalia iura, & habetur inst. de leg. par. tute. & per Aret. in §. at ij, qui num. 1. inst. de hæred. quæ ab intesta. deferun. Vel, &

melius expones *In capite libero*, vt exponit Vincentius Manzinus in tract. de Tutela, & cura in prin. quem non referimus per extenſum, cũ hæc non ſint magnæ vtilitatis ad Praxim. Vlterius ibi. *Ad tuendum eum.* Quia tutor datur principaliter perſonæ, & in conſequentiam rebus, & in cap. 20. legis 12. tabul. pro vt habetur poſt aliquos libros inſtitut. ciuilium, cauebatur per hæc verba. *Vti quis legaſſit ſuper pecunia, tutelaue ſuæ rei, ita ius eſto.* notatur in l. in copulandis C. de nupt. Montæ. c. 4. num. 18. qui plura infert, quæ per ipſum, ſi libet, videre erit. *Qui per ætatem.* Dicas tu pupillarem, quæ eſt impuberis, hoc eſt ad tuendum impuberes, & minores, quorum Prętor, naturalem ſequutus æquitatem, ſuſcepit tutelam d. l. 1. ff. de minor. & inſt. de Attil. tutore, adde. Item dico. *Qui per ætatem*, ad differentiam curatorum, qui dantur furioſis, & mẽte captis, qui ob morbum ſe defendere nequeunt, vt ex mẽte gloſſæ interpretatur Manzin. vbi ſupra nu. 16. *Iure ciuili data.* Dicas quòad agnatos, qui cum ſentiant ſucceſſionis commodum, onus quoq; tutelæ ſubire debent, §. fin. inſtit. de leg. patro. tutela, & eadem lege 12. tabul. cap. 22. cauebatur in hęc verba. *Quibus teſtamento tutor datus non eſt, agnati tutores legitimi ſunto*, Manzin. p. p. 3. q. principalis. Inſuper, *Data*, intelligas quo ad datiuos, qui lege permittente, deficientibus omnibus teſtamentarijs, & legitimis tutoribus, à iudice tutores dari poſſunt; vt inſt. de Attilia. tutore. *Atque permiſſa*. Dicas tu à Teſtatoribus teſtamẽto deferri, & dari §. permiſſum inſt. qui teſtamen. tut. dari poſſ. & legis 12. tab. c. 21. formula, quo ad hoc, erat huiuſmodi. *Parentibus tutorum liberi in poteſtate dandorum teſtamento ius eſto*. Manzin. q. 1. 2. q. principalis num. 1. Item, *Permiſſa*, ſcilicet
5 Matri, & Auiæ, quæ (licet regulariter fœminæ tutrices eſſe ꝓhibeantur l. fin. ff. de tutel. l. fœminæ ff. de reg. iuris) deficientibus teſtamentarijs, ſi volunt, poſſunt eſſe tutrices, Auth. matri, & auiæ, C. quando mul. tutel. off. fungi poteſt, & dicemus in-
6 ferius quæſtione proxima. Tutores verò ſunt ij, qui eam vim, atq; poteſtatem acceperunt d. l. 1. in prin. qui quoad prouidentiam pupillorum domini loco haberi debent l. tutor §. tutelã ff. de admin. tutor. pluraq; alia iura ad id allegat Guttier de tut. p. 1. c. 1. num. 15. & contra pupilli, loco ſeruorum: nam, vt inquit Paulus ad Galatas c. 4. *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo; cum ſit dominus omnium; ſed ſub tutoribus, & actoribus vſque ad tẽpus,*

pus, quod pater præscripserit: id verò quando, & quomodo procedat, ac de pluribus alijs, videto per Montan. c. 31. effectu 1. in princ. & num. 19.

Tertia quęstio principalis est,
7 vt qualis, siue quotuplex sit tutela, & tutor discurramus, & quoniam tutelarum tot dicuntur esse species, quot tutorum; ideo omisso tractatu tutelarum (cum cognito quotuplex sit tutor, quotuplex tutela sit, cognoscere detur,) dico quòd tutorum plures afferũtur species: quidam enim dicitur testamentarius, quidam legitimus, quidam datiuus, & quidam amor malus, Guttier. p. 1. c. 2. nu. 1. & seq. Testamentarius est is, qui testamento datus, & relictus est, de quo habetur toto titulo ff. & C. de testam. tutela, & inst. qui testam. tut. dar. poss. & hic, vel est testamentarius simplex, vt qui à patre, vel ascendentibus testamento solenni datus est, & simpliciter scilicet generaliter non expresso (maximè si plures dantur) quorum quisque bonorum administrationem habeat, quis Italicarum, vel Prouincialium, Aphricanarum, vel Syria-
8 carum rerum, quo casu insolidum censentur dari rebus vbicunque sitis, & futuris §. datus inst. de excusat. tutor. cum simil. adductis per Monta. c. 7. num. 6. cum seq. vbi num. 9. de fallentia. vel quasi testamentarius, vel honorarius. Quasi testamentarius solet ab aliquibus appellari mixtus, & est is, qui testamento minus solenni, vel à non habente eum in potestate datus est, & inde à iudice confirmatus, de quo habetur toto tit. ff. & C. de confirman. tuto.
9 & curat. Testamentarius Honorarius est, qui honoris tantum causa datus est, alio contutori administratione relicta, & hic est quasi obseruator, & custos actuum contutoris administrãtis, & ideo curabit qualiter cõtutor conuersetur, & si pecunia apud eum sit, quę deponi possit, vel ad prædiorum comparationem collocari, & si contutorẽ malè versari cognouerit, eum suspectum postulare nõ immorabitur, aliàs excussis prius facultatibus eius, qui gessit, & repertis minus idoneis, tenebitur; ita tex. notab. in l. 3. §. si parens ff. de administr. tutor. l. quæro §. 1. ff. de testam. tute. Guttier. p. 1. cap. 14. nu. 3. Mont.
10 cap. 7. nu. 13. cum seq. vbi plus dixit, quòd ea ratione, quia tenetur, potest ei solui à debitore, & rectè per l. quod si tortè §. 1. ff. de solut. Guttier. p. 1. c. 17. nu. 8. Vnde quando tu, qui administras, vis tibi consulere, aduertas, vt ei à iudice administrationem, & gestionem interdici cures l. si pluribus ff. de auth. tut. quam ita intelligunt ibi docto, adde. Dicitur etiam

honorarius, qui datur vt pupil-lus magis honoretur eius protectione, & authoritate, ficuti fi plebeius magnatem quempiam, vel antiftitem, aut infignem rempublicam tutorem, vel tutricem filijs fuis reliquerit: quo magis is ab omnibus honoretur, vt legitur de quodã, qui filio fuo rempublicam Florentinam tutricem deftinauit: ita glo. in l. iure noftro §. 1. gl. 1. ff. de teftam. tutela. fequuntur plures citati à Guttier. p. 1. c. 17. num. 1. ac num. 2. agit de tutore caufa notitiæ dato, qui ad id pręcipue datur, vt inftruat contutores ignorantes rerum pupillariorum naturam, & qualitates, vt puta quia fcit rerum fitũ, regionis naturam, & tẽporis oportunitatẽ, l. quod fi forte, §. funt quidam ff. de folutio. & huic pauperi per tutores alimenta danda funt, & eorum ratio habenda, l. 1. §. fi pupillis ff. de tutelę, & rationibus diftrahendis; & is nõ folum tutor eft; fed etiam contutorum oculus, atq; Dux. Odoffred. in l. 1. ff. de pericu. tutor. & hic tenetur pupillo, vt de honorario dictum eft. Legitimus eft is, qui à lege datus, & ad tutelam vocatus eft, de quo habetur toto titulo ff. & C. de legit. tutor. & inft. de leg. agnat. tutela; legem autem duodecim tabularum intelligimus, arg. l. 3. ff. de vfucap. & vfurpat. l. intra dies ff. de re iudi. Et quòd non folum fuerit iuris Romani inuentum defcẽdens ex lege duodecim tabularum; fed quòd traxerit originẽ ab inftitutis Lacedemoniorum centum quadraginta ferè annis ante Vrbem conditam, retulit Monta. c. 15. num. 10. Et hic legitimus tutor vel eft propalã, vt agnatus, vel in confequentiã, vt Patronus. l. 1. & paffim de legit. tut. Monta. vbi fupra n. 31. & nu. 36. cum pluribus feq. Datiuus eft is, qui à iudice datus eft, de quo in titulo C. qui dari tut. poff. ff. de tut. & curat. datis ab ijs, & inft. de Attil. tutor. & hic vel Attilianus, & Iulianus dicitur, quia tutorem non habenti à iudice datur, vel dicitur Prætorianus, qui moribus inductus eft, & datur pupillo habenti tutorem, qui cum tutore teftamentario, aut legitimo in iudicio agere vult, vt eo authore (cum tutor primus in rem fuã author fieri nequeat) agat, qui Prætorianus dicitur eo, ꝙ à Prætore Vrbis dari cõfueuerit, docente Vlpiano in inftit. c. 11. & Auctore quodam de verbis iuris verf. Tutor *l' ottauo*, qui etiam verf. eodem, *il fecondo*, dicebat, quòd datur tutor Ceffitius, & is eft, cui iure tutela ceffa eft, qui fiue mortuus fuerit, fiue alio tutelam cefferit ad legitimum tutorem cedentem tutela redit, quo mortuo ceffitia quoque tutela extinguitur,

Vlpian.

Vlpian. vbi supra. & de hoc cessico tutore meminit Monta. c. 7 num. 48. Est & fiduciarius, de quo inst. de fiduciar. tutela. Anomalus est is, qui extraordinariè datus est, nec testamentarius dicitur, nec legitimus, vel datiuus simpliciter appellatur, qualis est Mater, & Auia, de quo in d. authen. matri, & auiæ, vbi Bar. latè, & Specul. in tit. de Tutore §. nunc dicendum per totum, adde. Guttier. de tutelis p. 1. c. 2. nu. 2. & num. 9. dixit dari matrem non ob successionem, sed affectionem, qua filios prosequi creditur: ideoque intulit, quod si extat statutum matrē à filij successione excludens, non per hoc eam à tutela excludere: imò adeo ad tutelā filij, si velit, admictitur, vt procedat siuè mater sit legitima, siuè naturalis, vt in auth. vt sine prohibitione matris §. 1. in fine, l. fin. C. quando mulier tutelę offitio fungi potest; vbi doctores, & plures doctrinas citat Guttier. p. 1. cap. 8. num. 9. Subampliat num. 10. in matre filij spurij, quia hoc casu spurietas non actenditur, neque consideratur §. vulgo inst. de successio. cognator. & nouissime inst. ad S. Cons. Orficianum, & glo. in d. l. fin. vers. perfecte ibi an autem spurij, vbi communiter Doct. Ant. Gomes. in 14. lege Tauri cum seq. nu. 10. intelligit, & limitat, nisi filius ex damnabili coitu sit progenitus, & secundo nisi mater sit illustris, vt per docto. communiter in d. l. fin. & dicta in matre procedere in auia, ac alijs ascēdentibus nempe pro auia cēsuit Guttier. qui hæc omnia probat d. cap. 8. num. 10. 11. ac 17. Verum nicœta prædicta scias, quod si concurrant pater naturalis, & mater præferendus est pater quasi legitimus, licet si naturalis tantum, iuxta glo. in d. verbo matri, vers. quid sit pater, & mater in d. auth. matri, & auiæ, Guttier. vbi supra nu. 12. Quod si sint auus, & auia materni, vel è conuerso legitimi, tunc ambos sicut ad hæreditatem, ita ad tutelam coniungi conclusit ex glo. Guttier. nu. 14. & matre, & auia concurrentibus matrem auiæ præferri: at concurrente matre pupilli, & auo paterno ad tutelam illius, quidquid dixerit glo. in d. authent. matrem etiā auo præponi, fuisse decisum in Sacro Cons. constat apud Afflictum decis. 183. num. 1. 5. & 6. & decis. 281. per totam: refertq; cum alijs Doctorum cotis Guttier. p. 1. c. 8. num. 15. Si autem pater, & auia concurrant, licet in aduersum censuerit d. glo. auiæ maternę, ac paternæ pater est præferendus. Aduerto autem, quod quoties mater, & auia, vel aliæ ascēdentes ad tutelæ officium admitti vellēt, infra quatuor mē-

ses

ses à die scientiæ id petere debent, auth. presbyteros. la secōda, C. de Episc. & Cleric. & §. Deo autem in auth. de sanctiss. Episcop. collat. 9. ita (quicquid Decius cons. 16. existimauerit) tenent allegati à Caualc. à nu. 197. vsque ad nu. 200. probatq; Guttier. de tutel. d. p. 1. cap. 8. num. 63. quo loci id procedere in legitimis tutoribus, & agnatis astruit. Et quidem cum testamentario omnes alij tutores cedant l. si tutor §. si duobus ff. de tut. & ration. distrahen. Anormalo omnes legitimi, & legitimo datiuus, vt per Aret. & Port. instit. de legitima agnat. tute. Manzin. q. 2. num. 2. ideo prius de testamentario videamus de cæteris gradatim dicturi.

Testamentarius ergo cum dicatur is, qui testamento datus est, videndū à quo dari pos-
11 sit. Dabunt igitur in testamento tutores ascendentes descendentibus, quos in potestate habent, & sic pater, vel auus filijs, vel nepotibus ex filio, quem in potestate habet l. 1. & l. naturali ff. de confirm. tutore, Mont. c. 8. num. 24. cum seq. & hoc siue testator relinquēs in testamento sit maior vigintiquinq; annis de iure communi, & decē & octo de iure Regni, vt in const. minorum iura, siue minor hac ætate, dummodo testamēti factionem actiuam habeat, Bar. in l. quæro §. fin. ff. de testam. tute. & l. si plures §. quāuis num. 1. ff. de admin. tutor. & Aret. in §. furiosus nu. 2. inst. qui testam. tutores, Caualca. num. 8. Monta. c. 8. num. 5. hinc est, quòd si pater filium emancipauerit, & tutorem ei in testamento reliquerit, is à iudice sine inquisitione confirmandus erit, aliàs ipsius datio non valebit, l. 1. & si filium ff. de confirm. tuto. Mont. c. 8. num. 19. adde Guttier. de tut. p. 1. cap. 3. nu. 8. & 9. ac n. seq. ampliauit id habere etiam locum, si ipse tutor datus à patre esset aliqua suspitione notatus, modo pater eiusdē suspitionis conscius fuisset, & non ignarus, allegat l. in confirmando, & l. vtilitatem ff. de confirman. tutor per quæ iura ita conclusisse Aretinum in l. is cui lege col. 2. ff. de testam. asseruit: imo patris voluntatem seruandam esse etiam si ipsa annis vigintiquinq; minor huiusmodi suspectum tutorem dedisset, ac etiā si is manifestus prodigus foret, allegat l. 3. §. quamuis ff. de admin. tutor. l. tres tutores §. fin. ff. eodem. & l. amicissimos in principio ff. de excusat. tutor. & Guttier. adducit plures cotas loco citato nu. 10. & 11. ac nu. seq. limitauit non procedere præmissa quando pater minor non perpenso consilio id agerit, vel fecerit eo tempore, quo datus tutor bonę vitæ, ac frugi credebatur; vnde

igno-

ignorante testatore cõditionẽ, statumque mutauit, vel si tunc idoneus erat facultatibus, quibus nunc exutus est: idemque esse in curatore ex d. l. 3. §. quãuis ff. de admin. tutor. & sic iudex eo casu sub oculos habebit dispositionem tex. in d.l. in cõfirmando per totum ff. de confirm. tutore. Secus erit in matre, ipsius enim datio in testamento à iudice cum inquisitione, an scilicet sit diues, & an fideiussores prestet citatis pupilli filij propinquioribus corroboranda est, glo. & Doct. in §. fin. inst. de tutel. d. l. 1. ff. de confirm. tut. Alex. cons. 86. vol. 2 Bal. cons. 263. in 2. dubio lib. 5. Bertran. cons. 290. lib, 4. ac alij allegati à Monta. d. c. 8. nu. 38. & hoc si filius, cui mater tutorẽ testamento dederit, hæres institutus non fuerit, vt in l. mater, C. de testam. tute. quod si heres instituatur, tunc minori cum inquisitione confirmandus erit Bar. in l. peto §. mater num. 2. ff. de leg. 2. adde. Guttier. de tute. p. 1. cap. 4. nu. 1. & seq. & nu. 7. cum seqq. ac n. 11. ampliat idem obseruandum, & dicendũ in auo, & auia, ac alijs ascendẽtibus per lineam maternam per glo. primam in fine l. 1. C. de testam. tutela, sequitur Bar. in l. pariter num. 3. ff. eodem, Caldas in repetit. l. si curatorem habens, ibi sine curatore cõstitutus num. 101. C. de in integr. restit. minor. Caualc. num. 10. vbi quod diximus de matre intelligit quando pater nullum testamento tutorẽ filio creauerit, quod si destinarit, tunc mater nequibit, etiam instituto filio, testamentarium tutorem
12 relinquere: Nam tutorem habenti regulariter tutor dari nõ debet, nec potest §. interdum, vbi glo. ponit fallentias, inst. de curat. l. si sub conditione §. ff. de testam. tute. l. si sororis C. qui dari tuto. poss. Socc. cons. 59. num. 32. & 33. allegatus à Monta. c. 8. num. 39. Nisi adhibeat cautelam traditam à Durando de arte testan. in tit. de Tutore caut. 4. num. 2. & seq. depromptam ex tex. l. fideicõmissaria §. fin. vbi glo. & Alex. ff. ad Sen: Cons. Trebell. refert Monta. vbi supra, per eos videto. Quæ etiam procedunt si testamento detur ab auia tutor l. 3. in prin. vbi Bar. ff. de testam. tuto. & ijs quidem casibus hic tutor confirmatus non simpliciter testamentarius, vt superius dicebamus, nec simpliciter datiuus dicetur; sed quasi testamentarius, & secundum quosdã mixtus. Talis etiam erit is, ex liberis tamen, qui à patre in testamento minus solemni, vel codicillis testamẽto confirmatis relinquitur, teste Bal. & doct. in l. hac consultissima §. ex imperfecto C. qui testam. facere poss. l. Nesennius ff. de excusat.

tut.

tut. Bar. in l. siquis à patre ff. de confirm. tut. & in l. 2. post glo. C. eodem, glo. in §. permissum vers. testamento, inst. de tutelis. Qui pariter se confirmari petat ipse, vel agnati pupilli l. credendum in princ. & Bar. in l. si minores. ff. qui petant tuto. Bertach. vers. agnatus num. 25. vel ipsemet pupillus, Ang. in l. 2. in princ. C. de confirm. tuto. Manzi. p. 1. 2. q. principalis n. 4. Item si detur filio bastardo; nam confirmandus est l. fin. vbi Bald. C. de confirm. tut. vbi etiam Bar. & Angel. idem Bar. in l. 1. num... ff. de testam. tut. vbi post glo. quòd non potest constitui filio spurio; sed benè adoptiuo; idem Bar. in l. naturali §. 1. vers. sed aduertendum ff. de confirm. tutore, adde. Et in naturali filio plura iura, ac Doctores allegat Guttier. p. 1. c. 11. in princ. & c. 4. num. 16. ac num. 17. quęrit quid dicendum, quando pater naturalis dedit vnum tutorem, & mater alium, an ambo concurrant, vel præferatur paternus? & probat opinionem Angeli in l. fin. C. de confirmãdo tutore dicentis, quod si concurrant tutores quilibet pręferetur in administratione bonorum relictorum à dante, si vero non concurrant, erit tutor primo, non secũdo loco datus; quia habenti tutorem tutor dandus non est, quandoq; spurio non dat tutorem pater, sequitur ẽt Guttier. d. cap. 11. nu. 2. Confirmandus item est, si detur ab extraneo l. si patronus, vbi Bar. ff. de confirm. tuto. & in d. l. naturali §. si quæratur nu... ff. eodẽ si tamẽ instituatur ab extraneo, alias secus Guttier. p. 1. c. 4. n. 13 etiam à patruo l. tutores ff. de confirm. tuto. Mont. c. 8. in fin. adde. Tutor autem testamento datus, à iudice tamen in casibus præmissis confirmatus, quod sit testamentarius, & non datiuus, magis communiter teneri, ait Guttier. de tutel. p. 1. cap. 2. n. 23. cum seqq. sub quibus autem verbis pręsumatur à testatore datus, & sub quibus coniecturis, vide latè per Menoch. lib. 3. pręsumpt. 149. Omnes tamen ij

13 sunt pręferendi tutori legitimo ac matri pupilli, Alex. cons. 140. primo volum. Corn. cons. 168. vol. 2. Socc. Iunior cons. 5. vol. 3. Antonius Piaggius q. 9. num. 1. Qui, si petierint à iudice confirmari, donec confirmentur, vel dum differtur iudicis negligentia confirmatio; alijs adimpletis solẽnitatib' administrare non prohibentur, Bar. in l. qui à patre ad finem ff. de confirm. tuto. Angel. in l. si vt proponis C. eodem. In confirmatione verò attendendum est, an sit di-

14 ues, vel pauper, & an mores mutauerit, & si in peius, confirmari non debet, Bar. in d. l. in confirmando ff. de confirm. tut.

15 & in l. si plures §. quamuis ff. de admin.

admin. tut. Monta. c. 36. nu. 6. adde. Et habes in l. naturali filio §. cum tribus seqq. legibus ff. de confirm. tutore, per quas ita opinatus est Guttier. p. 1. cap. 3. num. 22. quòd autem pater ex patriæ potestatis prærogatiua filio etiam exheredato tutorem constituere non prohibeatur per tex. in l. pater hęredi *la quarta* in princ. ff. dé testam. tut. Gutt. loco citato nu. 24. existimauit. Testamentarius autem tutor potest dari in diem, & sub conditione, l. quę dicis, vbi glo. magna, & Bar. C. de testam. tute. §. ad certum, vbi glo. inst. qui testam. tuto. & interim pendente termino, vel conditione dabitur à iudice alius, §. sed si in testamento, inst. de Attil. tuto. Mont. cap. 10. à prin. vsq; ad num. 6. & num. 12. Hic autem sciendum, quòd si quis filiabus suis, vel filijs tu-
16 tores dederit, etiam posthumæ dedisse videtur; quia filię appellatione etiam posthuma continetur l. si quis ff. de testam. tute. adde §. fin. vbi glo. instit. qui testam. tuto. dar. poss. vbi addentes, Manzin. p. 2. q. princip. num. 8. Molfes. cons. 6. n. 5. & ex Zasio relato à Mont, c. 12. num. 4. dic rationis huius rationem esse, quia in dispositione, quæ fit ex officio, & quasi debito patris, concurrit par affectio nati, & nascituri, fit enim ratione filiationis: non autem nepotibus dedisse cẽsendus est cum ij appellatione filiorum non veniant, secus si dixisset liberis, quorum appellatione eos comprehendi constat ex tex. in l. quid si, ff. eodem, Mont. vbi supra à num. 35. vsq; in finem. Quod si dixerit Do posthumis, tunc tã filij, quam nepotes nascituri intelligentur d. l. quid si, & quòd hoc casu testamẽto datus posthumo tutor, non sit tutor, nisi posthumus edatur, & actione tutelæ non teneatur si gessit; sed negotiorum gestorũ substituto posthumo, docuit tex. in l. si nemo tutorum §. fin. ff. de testam. tute. l. cum pater. ff. de negotijs gest. Mont. c. 8. n. 34 vbi meminit de datione tutorũ facta per Iulium Cæsarem filijs Caij Octauij eius adoptiui filij, adde. Ventri enim non tutor; sed curator dandus est, l. ventri ff. de tutor. & curator. datis ab ijs, & habes per Manz. de curat. q. 12. principali fol. 83. Si autẽ filijs tutorem dederit, quòd etiã filiabus, & si filio dederit, cum plures haberet, quòd omnibus, & si filijs, vel liberis, quorum aliqui sint apud hostes, quòd omnibus dedisse censeatur, est tex. in l. si quis ita. ff. eodem, secus est si filijs dederit, cum solum Petrum, & Ioannem filios se habere sciret, licet vxor genuisset etiam Antonium, vel Seium; nam Antonio, ac Seio, quos in potestate habere nescit,

da-

datus tutor non dicetur d. l. si quis, §. si quis. Pariter non credetur ei dedisse filio, quem, licet viuat, mortuum putabat, §. proinde d.l. si quis Monta.c.12. num. 13. & 18.

Tutor Anomalus dicitur is, qui à norma, & regula alienus, & extra eam datus est, qui ob id extraordinarius, & irregularis vocatur: cum enim regulariter omnis tutor detur inuitus, vt supra num.4.dicebamus, & onus tutelæ sit necessarium, l. fin. in prin. C.de admin.tuto. & Mater, & Auia non cogātur; sed possint, si velint, tutrices esse, d. auth. matri, & auiæ, vers.
17. permittimus. Pariter cum onus tutelæ sit officium virile, & ciuile onus, à quibus fœminæ exclusæ sunt, l. fœminæ. ff. de reg. iuris, nisi à Principe impetrarint l. fin. ff. de tutel. & lex prohibeat mulieres in testamēto tutrices dari, l. iure nostro, ff. de testamen. & matrem, ac auiā ad tutelas admitti videamus, sequitur hoc esse præter communes iuris regulas; hinc est, quòd à Decio in c. ex parte num. 6. de appellat. legitima voluntaria tutrix dicitur, retulit Mont. vbi supra num.45. dixit Iodocus in Patrocin. pupill. tit. de tute. mune. c.5. adde. Sicut si in testamēto data est, dicitur testamentaria voluntaria, Guttier. p. 1. cap. 8. num. 18. & 21. in fine. Hic autem tutor post testamentarium non existentem admittitur, Socc. Iunior d. cons.85. post nu. 13. Afflict.decis.281. etiam post eum, qui datus fuit in testamēto minus solenni, & cōfirmandus venit, Monta. c 15. nu.42. & seq. hinc mater, vel auia tutelam assumere volentes filios, vel nepotes in potestate habere dicūtur, Decius in d. c. ex parte il
18 secondo, primo notab. Et adeo præmissa procedunt, vt ampliētur primo, etiam si pater testamento cauerit, vt mater, vel auia tutrices filiorum, vel nepotum esse nequeant, nullo tamen relicto, vel per eum dato ijsdem tutore in testamēto. Iodoc, de tut.mun.c.5.nu.6.secus relicto, Vrsill. ad Afflict. decis. 183. num. 2. Monta. vbi supra
19 cap. 15. num. 45. secundo, vt mater auo paterno simpliciter, & generaliter secundum notata à Monta. d. cap.15. num.24. præferatur; sed quòd non aliàs, nisi quibusdam defectibus notato, in tutela, & baliatu, decisum retulit in Sac. Cons. Præses meritissimus de Franch.dec.10. & aliàs suspecto, docuit Afflict. d. decis. 183. ac etiā eo fortius
20 auiæ, Afflict. & Vrsill. ad eum decis. 281. vbi extendit, & ampliat tertio in matre naturali tantum, quæ soluta ex soluto nati filij tutrix esse vellet. Pariter, vt admittatur ad tutelam, licet excludatur ex forma Statuti

tuti à filij, vel nepotis successione. Dec. in l. fœminæ ff. de reg. iuris, Vrsill. ad Affl. vbi supra num. 5. Dilectus de arte testandi tit. 8. de tutore, & execut. caut. 1. Monta. cap. 15. nu. 25. cum pluribus seq. Iodoc. vbi supra num. 7. & 11. vbi de limitatione, adde, & de pluribus ampliationibus ad d. auth. matri, & auię, vide adductos ab Alphano collectan. 425. an autem mater auiæ paternæ præferatur cęteris, vide Socc. in cons. 281. Præmissa autem amplia procedere in cura, ita vt mater, & auia filiorum, ac nepotum possint esse curatrices, testatur glo. communiter approbata in d. auth. vers. tutelam. refert, & sequitur dominus de Franch. dec. 448. vbi dixit decisum in Sacro Cons. vxorem marito prodigo, & mēte capto curatricem dari non posse, & quando mulieres curatrices esse affectant, regia indigent dispensatione.

Tutor legitimus, sicut tutela legitima, secundum Cyn. Bal. & Salyc. in l. frater. C. de legit.
21 tutor. & Bar. in l. 3. §. fin. ff. eodem, dicitur quatruplex, quidā, qui vocatus est ex mente, & verbis legis 12. tabularum, & est proximior agnatus, de quo loquitur tex. in l. si plures, & totus titulus ff. & C. de legit. tutor. & inst. de leg. agnat. tut. intelligatur tamē agnatus proximior masculus, & nō fœmina l. agnato ff. eodem, de legit. tut. vel etiam cognatus proximior masculus, cum hodie sublata sit differentia agnationis, & cognationis l. sicut C. de legitima tute. l. maximum vitium, C. de lib. præter. auth. post fratres C. de legit. hæred. in auth. de hæred. ab intest. venient. §. ex ijs autem, Aret. in prin. n. 6. inst. de legit. agnat. tute. Mont.
22 cap. 15. in princ. Ratioq; vocationis est, quia cum ad eos spectet successionis commodū, tutelæ onus spectare debet d. §. fin. inst. de legit. patron. tute. l. 1. ff. de leg. tuto. Monta. c. 6. num. 31. cum seq. Quidam, qui vocatus est ex mente eiusdem legis; sed nō nominatim, expressisq; verbis, & is est patronus, qui cum ex eiusdem legis dispositione ad liberti successionem vocetur, vt habetur toto tit. inst. de succ. libert. interpretati sunt veteres prudentes eandem legem non disponentem quo ad tutelam voluisse, vt patronus idem ad liberti tutelā vocetur, de quo inst. de legi. patron. tute. l. 3. in princip. ff. de legit. tuto. Mont. vbi supra n. 36. cum seq. Manzin. p. 2. 3. q. princ. nu. 3. & seqq. Quidam, qui vocatus est non ex interpretatione; sed ex extensione facta per prudentes, is est pater respectu filij emancipati, ad cuius successionem cum non duodecim tabularum lex; sed Senatus Consultū

Ter-

Tertullianum patrem vocasset, Veteres Iureconsulti ad similitudinem legis duodecim tabularum, & ad exemplum patronorum, ad tutelæ emancipati filij onus patrem quoque vocarunt, & de hac loquitur tex. in d. l. 3. §. fin. ff. de leg. tutor. & titul. inst. de legit. parent. tut. Manzin. vbi supra nu. 6. Monta, c. 7. n. 39. Quidam, & quarto, qui vocatus est non per successionem, quæ hodie fratri defertur; sed propter quandam confidentiam, quam lex de eo habuit, vt quòd frater sit emancipati à patre fratris tutor l. 4. ff. de leg. tut. l. frater C. de legit. tute. & inst. de fiduciar. tut. cuius meminit Alex. ab Alex. lib. 6 genialium dier. cap. 10. relatus à Mont. vbi supra. Manzin. q. 2.
23 q. 3. princ. num. 6. Legitimus autem tutor quilibet habet locum, quando pater, vel alius nullum testamento tutorem dederit, vel intestatus omnino, vel quo ad hoc tantũ decesserit l. intestato ff. de legit. tuto. §. quod autem inst. eodem, & mater, vel auia noluerint esse tutrices, vt supra, Mont. cap. 15. nu. 11. cum quatuor seqq.

Datiuus vero tutor à iudice
24 pluribus in casibus cõstituitur, & Primo si quis non habet testamento tutorem datum, nec proximum agnatũ, vel cognatũ qui sit legitimus tutor, vt inst. de Attil. tut. in princ. glo. in l. si quis sub conditione, ff. de testam. tute. Monta. cap. 21. in princ.

Secundo, si testamentarius nusquam fuerit, vel legitimus in gradu prior, sed eorum est spes, §. 1. inst. de Attil. tut. l. non solum, §. si libertus, vbi notatur ff. de excus. tuto.

Tertio, si testamentarius, vel legitimus desijt esse tutor iudice hoc principaliter agente, puta ob suspitionem remouente, l. si quis sub conditione, §. idem dicimus ff. de testam. tute. l. 3. §. Quæri potest ff. de leg. tutor. Idem si principaliter non agente, puta si fuerit excusatus; & arbitratur hoc iudex. d. l. si quis sub conditione, vers. *Et si semel.* & Præses de Franch. dec. 214.

Quarto, quãdo testamentarius, vel legitimus desijt esse tutor ex causa naturali, puta quia mortuus est; vel ciuili, quia captus ab hostibus, & sic iudice id principaliter non agente contutoribus alijs remanentibus d. l. si quis sub conditione in fine, d. l. 3. §. si alius, ff. de legit. tutor. & §. si ab hostibus inst. de Attil. tutore, adde. Idẽ si pater est absens, deportatus, vel bannitus; tunc enim reputatur inutilis, & filijs de tutore prouidebitur in Cõsuetud. Burgund. rubr. 6. n. 85. vers. *apresle tres pas.* allegat tex. cum glo. in l. fin. C. ad leg. Flau. de plagiar.

giar refert d. de Franch. dec. 10. num, 13. & iudex dabit tutorem qui sit ex eodem territorio l. neque C. qui dari tutor. vel curat. nam hoc casu oportet quod pupillus, & tutor sint subditi iudici danti l. 1. & l. Diuus ff. de tutor. & curator. datis ab ijs, Bar. in l. pupillo ff. eodem tit. nisi tales tutores vellent se huiusmodi oneri submittere: in legitimo tamen tutore, cum lex det eum tutorẽ, ideo valet quasi sit de alieno territorio Alex. cons. 261. vol. 5. Marcus decis. 25. per totum p. 1. quod Guttier. de tutel. p. 1. c. 2. n. 28. procedere existimauit tutelam ipsam petentibus legitimis; verum non petentibus, ac minori propinquis carente in eo territorio, in quo habitet, iudex ex officio dabit tutorem extraneũ, qui eius personam regat, & bona administret.

Quinto quando testamentarij, vel legitimi omnes tutores dati, tutores esse desierunt, habetur tamen spes de eisdem de iure communi, vt si capti sunt ab hostibus l. 1. §. si apud hostes, ff. de leg. tut.

Sexto, & vltimo, cæteris casibus omissis, cum in operis discursu manifesti fiant, quando testamentarius datus est sub cõditione, vel ex certó die, puta ab anno tali in antea, vel purè antequam tamẽ hæres pupillus adeat hæreditatem d. §. sed si in testamento inst. de Attil. tutore Mont. c. 2, num. 2.

25 Aduertat autem prætor, & magistratus, quando dat aliquẽ tutorem in casibus permissis, vt non comprobet, sufficientemq; reputet tutorem ex diuitijs, vel ex dignitate, sed eius fidem inspiciat, quæ potius ex bona voluntate, benignisque moribus procedit; nec creare debet eum, qui se se vult in tutela ingerere, vel data pecunia eam redimere, l. scire oportet. §. eos, qui ff. de tutor & curat. datis ab ijs, & dare potest vnum, vel plures tutores, & si idoneum non inuenit in ciuitate, quod possit dare alium alterius ciuitatis, si tamen consentiat, dixit tex. in l. simul. & l. Diui ff. eodem, quòd si non consentiat, iudex loci referat Præsidi Prouinciæ, qui circa id prouidebit d. l. Diui. Iodoc. de tut. & cur. mun. cap. 6. num. 55. Quod verò dari possit contutor à iudice ille magistratus, qui à tutore per ipsum dudum dato fideiussionem non exegit, docuit tex. in l. penultima ff. eodem, & quòd hanc creationem, & dationem iudex tutoribus infra triginta dies intimare faciat, iussit Iureconſ. in l. fin. ff. de tutor. & curat. datis ab ijs, idq; inscriptis, cũ tutela datiua scripturam requirat, ac testibus improbabilis sit, docẽte Mascardo de probat. allegato ab optimo familiari meo

Marcello Calà inter Calabros scriptores eximio Iureconsulto in tract. de modo articul. & probandi vers. facti veritate inspecti glo. vnica §. 2. propriè nu. 1568. sub titulo de probatione, quæ fit per scripturam. Sed quid dicendum si pater nullum reliquit filio tutorem; nec mater vti legitima tutrix velit esse tutrix, quo casu ad alios defertur tutela; an, & quomodo sit pupillo prouidendum? Dicas, quòd
26 debent pupillo tutorem petere quidam ex necessitate, & quidā ex voluntate. Ex spontanea voluntate possunt petere amici parentum pupilli, & educatores ipsius. Ex necessitate vero debent petere mater, & ipsius pupilli agnati, & cognati, ac etiam liberti l. 1. & 2. ff. qui petant tuto & curat. & Mont. cap. 17. vbi latè declarat, qui dicantur necessarij. Horum vero quidam si non petierint, damnum tātum patiuntur, vt mater, & auia, agnati, & cognati, quia legitima pupilli successione priuātur, d. l. 1. & l. 3. l. omnem C. ad Sen. Cons. Tertull. l. sciant, C. de legit. hæred. adde. Et fuisse in Sac. Cons. decisum an. 1570. aduocante Tiberio Coppula, refert Anna sing. 335. ac etiam omnibus legatis, & substitutionis pupillaris commodo eis à patre pupilli obuenientibus l. 2. §. si mater, vers. quid si curatores nō petijt, Aud. S.C. Tertull. Maran. in l. is potest. num. 215. ff. de acqu. hæred. Montan. c. 15. num. 9. & cap. 18. per totum, & maximè num. 13. Guttier. p. 1. c. 16. n. 33. Quinimo Plato lib. 6. de legib. statuit agnatos, & cognatos præsentes, si intra decē dies pupillo tutorem constitui non curarent, singulos singulis diebus drachma mulctari, refert Montan. c. 6. n. 13. Et hoc casu prædictis cessantibus petere, dabitur à iudice alius tutor, qui, vt exerceat, probabitur id, quod ponit Marcellus Calà in glo. vnica §. 2. quæst. 484. numero 1188. in prædicto tract. de modo articulandi, & probandi. Aliqui vero damnum patiuntur, & puniuntur, vt liberti d. l. 2. Et secundum leges nostras tempus infra, quo tenentur petere, & filio, nepoti, ac agnato dari tutorem, & cōfirmari facere, quoad administret, aliàs priuabuntur successione, vt supra, est annus d. l. sciant, & d, l. 2. §. confestim. Aret. in §. actionum num.... de action. ac alij allegati à Præside de Franch. decis. 167. & à Monta d. c. 15, num. 86. Verum quia præmissa conclusio tam respectu matris, quam aliorum agnatorum, & cognatorum recipit multas ampliationes, & limitationes respectiuè, ideò vt ordinatè procedatur referemus prius eas, quæ tantum matrem, inde quæ etiam alios respiciūt,

& qui.

& quidem in matre.

Amplia siue in matre legitima, & naturali, siue naturali tãtum l. fin. C. qui petant tutor. Guttier. de tutel. p. 1. c. 16 n. 40.

Tutor datiuus quis esse nequit pluribus in casibus, & Primo,

12 mo, si extat testamentarius, vel legitimus, l. si tutor §. 1. ff. de tute. & ratio. distrahen. vel si habeatur spes testamentarij §. 1. inst. de Attil. tuto. ratioq; est quia tutorem habenti, vel curatorem regulariter alius tutor vel curator dandus non est, l. licet, C. in quibus casibus tutor. vel curat. habenti, & §. interdū inst. de curato. Paris. cons. 125. n. 15. lib. 1. Piagg. q. 3. n. 35. * adde. * Dixi regulariter, quia fallit si tutor est impeditus in exercendo, quia alius dari potest l. si quis tutor ff. de tutel. etiam in casu decisionis d. de Franch. 584. vbi habes verba, per quæ quis in testamento tutor datus censetur, licet nō fuerit expræssum dotalem tutorem filio meo.

Secundò Episcopi, & Monachi omnino prohibētur, at clericus nō potest esse tutor datiuus 13 ità quidem, vt cogatur à iudice tutelam in se datiuam recipere, sicut nec testamentariam, ad legitimam verò, si velit, cum superioris sui licentia admittitur, sic etiam si ad testamentariam, & datiuam admitti velit, vt per allegata à Caualc. n. 287. & 288 * & à Piagg. q. 3. n. 1. * adde. Gutt. de tutel. p. 1. cap. 1. nu. 26. per tex. in auth. de sanctiss. Episc. §. Deo autem amabiles coll. 9. Ratioq; est, ne clerici à diuinis distrahantur cap. Cyprianus 21. q. 3. citat alia iura Guttier. loco cit. num. 28. & casu quo admitti velint, à iudice laico constitui poterunt teste Aret. in §. sed hoc iure, nu. 6. Inst. de Attil. tutor. Quod verò diximus, quod cogi nequeunt, fallit si, alio idoneo non existente, darentur clerici tutores pauperibus, & miserabilibus cap. fin. vbi notatur 86. Dist. c. 1. 87. dist. & l. orphanotrophos C. de Episc. & clericis: eo enim casu coguntur, cogique debet per Episcopum ad talium egenorum tutelam suscipiendam, Piagg. vbi supra n. 4. & seqq. annotauit Monta. c. 23. nu. 37. & c. 35. à nu. 194. vsq; ad 200. allegat Conc. Trident. sessione 23. c. 1. hoc disponens pro miserabilibus, & hoc in tutela delata post susceptum ordinem, cum in administrata ante, & delata verificari nō possit, siquidem quisq; tutor non potest promoueri ad ordinem sacrum, nisi prius reddita ratione, & ordine deposito c. vnico, de oblig. ad ratiocinia * adde. * Quod si clerico detur tutor laicus, à iudice Ecclesiastico dari debet, vt censuerunt Bar. in l. 1. nu. 5. ff. de tutor. & curat. datis ab ijs vbi etiam Bal. & n. Oldrad. cons. 59. Ruin. cons. 89. Maran. de ord. iud. 4. parte dist. 11. n. 39. Ripa cap. 2. nu. 9. de indit. Spino. in suo speculo testament. glo. 29 num. 28. quos citat, & sequitur Guttier. 1. par. c. 1. nu. 33. qui licet dubitet in clerico in minoribus nō beneficiato, dū dicit sub

dubio forte procedere dationē per laicum iudicem; tamen ex Alberico in auth. presbyteros la seconda C.de Episc.& cler.& Cyno debere concurrere vtrunque iudicem Ecclesiasticum, & laicum subiunxit; curatorem autem quamuis Castren. cons. 352. asseruerit dari clerico per secularem, & peregrinam opinionem dixerit Pelaez de Maur. in 1. par.q.58.nu.64.non tamen credit veram, affirmatq; Guttier. loco citato nu.33.

Tertio, Victricus, glo.2. in l. 1. C. vbi pupill. educ. déb. nec obstat l. 3. C.de contra.iud.tut. quia illud ibi fuit de facto, non de iure. Cautela tamen est, vt mater volēs ad secūdas nuptias transire, adeat iudicem, & instet dari talem, quem in virum desiderat; si enim iudex voluerit, tutor esse poterit; sed pupillus apud eum educari nō debet, ita per multa Caualc. nu. 289. quod intelligas, vt dicemus inferius rubr. *Tum personæ pupilli curam geren. n.* 5. & quod possit à pubere peti, & ei dari curator, nisi ex causa iudicis arbitrio cōmittēda. adde* videretur pupillus, vel minor inductus à matre, vel simplicitate sua ad eligendum victricum, idque redundare in ipsius adulti damnum, vt quia prodigus, vel aliter suspectus, quo casu esset à iudice repellendus docuit vbi supra Caualc. adde.* & n. 308. Menoch. lib. 2. præsumpt. 52. nu.3. & 4. & quicquid dixerit Bal. in c. ex parte il secondo nu.4. de appellationibus censuit quoq; Gutt. c. 8. nu. 67.& 68. Et quando iudex elegerit dare victricum tutorem, vel curatorem, vt supra, quod debeat per inquisitionem se informare citatis consanguineis docuit Menoch. de arb.iud. quest. lib.2. casu 151.nu. 3. cum seqq. & Gutt. vbi supra nu. 68. & seqq. quo loci intulit eo casu, quando competit ex informatione victricum idoneum, vel alium, eum potius constituere debere, quam alium quemuis, glo. in l. si quis sub conditione ff. de testamentar. tutela, & ad hoc teneri iudicem, & esse communem Doct. sententiam constat ex Gabriele cons.27.nu.5. idem Guttier. vbi supra nu.79.& 80.

Quarto prohibetur regulariter esse tutor is, qui in bonis non habet tot, quot pupillus, Iason in l. si constante nu. 154. ff. sol. matr.& in l. fideiussor in principio nu. 2. ff. qui satisd. cogan. Corn. cōs.17. nu. 7. lib. 2. Verum limita, quando tutor, aut curator solus daretur, secus si cum alijs, qui aliquid possiderent;
14 tunc enim pauper à rerum pupilli administratione non repelletur, l. 1. C. de periculo tutor.& §. 1. in auth. vt differen. iudices. Imo si est vir probus, non obstante, quod sit pauper tutor, vel curator esse non prohibebitur, Corn.

Corn. conſ.198.nu. 8. verſ. nec obſtat,lib.1.& inſuper erit alendus de bonis pupilli, quando aliunde non habet vnde ſe alat, l. à tutoribus §. fin.ff. de adminiſtr.tut.Piagg.q.prædicta num. 23. & 24.

Quinto, qui ſub conditione daretur à iudice, l. actus legitimi ff. de reg.iur.quod intelligit
15 Piagg.q.3.nu.41.in conditione, quæ extra actum eſſet, ſecus ſi actui talis conditio ineſſet,puta ſi dixiſſet iudex, *Do te tutorem, ſi ſatiſdederis*; nam talem conditionem, quæ ſemper ineſt,tutoris dationem non vitiare aſſerit ex Decio in c.ſignificaſti nu. 32.de electione. Ratio autem eſt,quia conditio, quæ actui taciteineſt,ſi exprimatur,cõditionalem actum non facit,Alex.Iaſon,& alij in l.qui liberis in princi ff.de vulg.& pupill.Altera eſt, quia talis cõditio non reſpicit ſubſtantiam actus, ſed eius executionem, ita Mont.c.10.nu.11 ex Decio,&Cagnolo in d.l.actus Limita id in tutore teſtamento dato, qui ſub quacunque etiam extra actum conditione dari poteſt. Socc.Iunior conſ.85.nu. 5. lib. 3. Rationem diuerſitatis ex Aretino in d. §. ad certum. Inſt. Qui teſtam. tutores, attulit Piagg.q.3.nu. 43. quia quando teſtator dat tutorem,vel curatorem minori ſub conditione, non bene ei prouidet; vnde ſuccedit iudicis prouiſio, qui conditione nondum purificata de tutore, aut curatore prouidet,& ſic pupillus hoc caſu nunquam ſine tutore, vel curatore reperietur, at in eo, qui à iudice ſub conditione daretur, ſecus eſſet; nam pendente conditione pupillus tutore careret, quod valde ei damnoſum eſſe, cum de alio ſibi non prouideatur, & contra tex. in l. 1. ff. de
* minoribus nullus ambigit * add. Sentit Manzin.q.3.2.q. princip. nu. 1. & plures citans ſequitur Guttier. 1.par.c. 24. nu. 3. quo loci ſecundum differentiæ rationem ex lege duodecim tabularum in medium affert.

16 Sexto incertè datus, puta ſi duo erant Titij, pater, & filius, & dicatur deferri tutelam Titio Galterio, ita Bart. in l. duo ſunt Titij, ff.de teſtam. tutela. amplia in Teſtamentario d. l. duo ſunt Titij. Secundo amplia in eo, qui aliquo futuro euentu certificandus veniret, Bar. in l. quidam ff. de rebus dubijs, licet valeat legatum incerte factum quoad perſonam exinde certificandam, iuxta notata in l. 1. ff.de leg. 2. Ioan.Fabri in §. tutor autem Inſt.leg.ſecus hoc in caſu,per rationem eiuſdem Fabri ibidem, & adeo verum eſt, vt declaratio alterius ſtare nõ debeat,Bald.in d.l.quidam.Amplia in eo, qui datus eſſet hac forma, *Illi, aut illi filijs meis, vtri eorum volet Titius, tutor*

esto, l. tutor. ff. de testam. tute. Limita in tutore, aut curatore incerto à testatore relicto, & à matre pupilli conscia voluntatis testatoris declarato, hic .n. omnino confirmādus est, Corn. cons. 210. lib. 3. Limita secundo in testamentario, quando ex coniecturis appareret de quo testator senserit d.l duo sunt Titij, quod declares, si constat, quod maiorem habebat amicitiam cum vno, quam cum alio, vel adessent aliæ coniecturæ, de quibus in l. si seruus plurium §. fin.ff.de leg.1.Mont.c.10.nu.21. vsque ad 33. vbi de alijs limitationibus videre datur.

17 Septimo ad requisitionem matris transeuntis ad secunda vota prohibetur aliquis dari ex abrupto absque causæ cognitione, qui non sit ex agnatis: nam agnatis existentibus vice illius legitimus admittendus, & dandus esset, Dec. cons. 674. in testamento Bernardini in fine. Piagg. q. 3. nu. 44. Hic autem aduertendum est, quod Iudex quoties dat aliquem tutorem in casibus permissis cum inquisitione, illud debet obseruare dum super eius idoneitate pronunciat, vt amicis pupilli, & cōsanguineis proximioribus ex parte patris quatuor, & matris totidem, si adsint, vel duobus, vel tribus, aut etiam totidem vicinis eiusdem pupilli conuocatis, ab ijs iuramentum recipiat, vt declarent, quem credunt pupillo vtiliorem, atq; ab ijsdem electum, nominatumue dare debet, ita ex Bart. Bal. Rebuffo, & Maluerio docuit Monta. cap. 22. nu. 2. & 3. vbi quod non stetur iuditio matris simpliciter nominantis, hacque adeo procedere dixit, vt non credatur iudici dicenti in decreto, se cum causæ cognitione dedisse, allegat Iason cons. 149. & Menocch. de arbitr. iud. lib 1. q. 76. Qui autem possunt dari à iudice tutores, videre est per Montan. cap. 23. per totum. Sed iuxta præmissa. Quæro, an Frater maior, qui habet commune Patrimonium cum fratribus pupillis, sine controuersia possit

19 esse tutor eorum? Et dicas, quod sic, nisi personales præstationes essent magnæ quantitatis, quia tunc vti magnæ quantitatis creditor esse non posset, tutor: hinc si patrimonium pro maiori parte consistit in pecunia, & negotiatione, quia de facili fraus fieri posset, & occupatio, seu subtractio subsequi, frater repelletur, ita decisum in S. Consil. & cōfirmatū decretū Magnę Cur. Vicar. dixit de Franch. dec. 404.

* adde. Pariter aduertendum est, quod si frater diuisit cum fratre bona, & postea decesserit filio pupillo alter frater ipsius tutor esse nequit, vt notatur in auth. minoris, C. qui tutor dari poss. ratioq; est; nam inter eum, &

pu-

pupillum est obligatio cōditionalis, si res, quæ obuenit in diuisione eminentur, quod fuit de mente Bar. in l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig. quod non est generaliter verũ; sed intellige, vt per ipsum refert Manzin. q. 2. 3. q. princip. in fin.

Declaratis igitur in specie impedimentis, quibus quilibet tutor particulariter prohibetur, veniendum est ad generalitatē causarum, quibus omnis generis tutor ad tutelā admitti phibetur, siue sit testamētarius, siue legitimus, siue datiuus, & quidē.

Primò, prohibetur esse tutor
20 minor vigintiquinque annis de iure communi, vt in §. inst. de fiduc. tute. vbi glo. §. furiosus, vbi notatur inst. qui testam. tu-
* tor. Ang. cons. 102.* adde. Debet enim esse ætatis perfectæ, quæ est vigintiquinque annorũ, l. fin. C de ijs, qui ven. ætatis impetran & in l. cum filius, §. fin. ff. de lega. 3. probat tex. in l. tutelæ, ibi virilis sexus perfectæ ætatis, vincta glo. ætatis, ff. de tutelis, expressæ l. fin. C. de legitim. tutor. l. fin. in fin. ff. de legit. hæred. ibi si .s. masculi sint & perfectæ ætatis, & §. fin. inst. de iud. tut. ibi tamen quoad tutelam vocantur si sunt perfectæ ætatis extantque alia iura citata per Guttier. part. 1. cap. 7. num. 18. Manzin. q. 2. 3. q. princip. num. 7. De iure verò Regni minor decem & octo annis, vt in Const. Regni Mino. um iura,
* adde. Quod statutum valere asserit Bald. in tract. statutorum, vers. statuere num. 11. Dec. in cap. ex parte num. 9. de appella. quos refert, & sequitur Caualc. n. 6. Guttier. loco cit. num. 30.
21 Ratioq; est, quia cum tutela sit onus; idcirco minoribus nō committitur, l. tria onera ff. de excus. tutor. & quia inciuile est, vt qui alterius auxilio indiget, aliorum tutelam, & defensionē consequatur, §. itē maior. inst. de excus. tut. Crauet. cons. 281. lib. 1. & alij allegati à Piagg. q. 3
* num. 9.* adde Manzin. q. 2. 3. q. princip. num. 2. Guttier. loco cit. num. 20. vers. denique, & num. 22. & licet datio tutoris in minori ætate constituti non valeat, tamen Aret. in d. §. furiosus, intelligit quoad exercitium, vt scilicet administrare non possit, non quo ad institutionem; nam is intelligetur datus in tempore habili, cum scilicet fuerit ætatis perfectæ, Mãzin. 2. q. 2. q. princip. num. 19. At vbi supra Piaggius ampliat procedere in matre minore, vt neq; ipsa ad tutelam, aut curã in casu pmisso admittatur, per l. fin. C. de leg. tutor. Bald. in l. omnem col. 4. C. ad Sac. Cōs. Tertull. & in auth. ijsdem pęnis, vbi Doct. sequuntur, C. de secund. nuptijs, Anton. Piagg. loco cit. num. 10. Caualc. n. 185. ac alij adducti per Guttier. c. 7. num.

num. 26. hoc autem casu si tutela, vel cura tutori datiuo deferatur per iudicem, matri postea maiori effectæ deferetur, Corn. conf. 284. lib. 3. Vrsill. ad Affl. decis. 281. n. 1. spes enim legitimi in tutore multum operatur, l. 1. §. si apud hostes, ff. de leg. tutor. & §. furiosus, insr. qui testa. tuto. dar. poss. Limita
22 idem quo supra loco, nisi contraria consuetudo adesset, vt mater etiam minor assumat filiorum tutelam; nam attendenda esset, teste Boerio Dec. 124.
* nu. 7. Piagg. vbi sup. n. 11. * adde. Et vide Curt. senior conf. 66. col. 6. & seq. in fin. Alcyat. de præsump. præsumpt 25. nu. 6. regula 1. Guttier. loco citato nu. 27. & 28. & citra consuetudinem quod mater minor etiã relicta in testamento tutrix, nequeat durãte ętate minori exercere tutelam; sed interim dandus est à iudice curator, qui aduenicnte ætate maiori matris se abstineat, & mater exerceat, disputando concludit Guttier. c. 7. à nu. 32. vsque ad nu. 35. decernet autem interim curatorem, vel proximiorem agnatũ, vel extraneum idoneum, quod ex eius arbitrio pendere debet, Guttier. d. c. 7. num. 27. Minor autem permissus administrare, si dolosè quid egerit, obligabitur vt maior, nec aliqua in integrum restitutione iuuabitur, Ruin. conf. 97. vol. 1. & Caualc.
* nu. 6. * Guttier. d. c. 7. nu. 31.

Secundo prohibetur esse tutor excommunicatus, Dec. in c. intelleximus n. 56. de iuditijs.
23 Ratioq; dicitur esse, quia, cum ei non communicemus, interponere authoritatem in actibus faciendis nequiret, Lanfranc. in c. quoniam contra c. 4. nu. 17. de probat. Mont. cap. 9. nu. 74.
* adde. * Et tutor vel curator datus qui esset excommunicatus quod non possit exercere tutelam vel curam durante excommunicatione dixit Gigas in tract. de pension. q. 36. nu. 7. sequitur Caualc. nu. 290.
24 Tertio prohibetur Furiosus, §. furiosus, inst. qui testam. tuto. dar. poss. si tamen detur in testamento durante dementia, & furore non exercebit; sed furore cessante, & cum primum compos mentis factus fuerit, ad tutelam admitti poterit d. § furiosus
* adde. * Manzin. 2. q. 2. q. princip. num. 19. Guttier. p. 1. cap. 7. nu. 14.

Quarto, surdus, & mutus, l. 1. §. mutus, ff. de tutelis; idq; à principio intelligas dationis, vt dari nequeat, secus si mutus, & surdus post susceptam tutelã effectus fuerit; tunc enim sese excusare (quicquid Bar. in d. l. 1. §. mutus dixerit) vel exercere esse in suæ arbitrio voluntatis, dixit per multa Piagg. q. 3. num. 49. & seq. Tutela enim, & cura non vitiatur si peruenit

25 ad eum casum, à quo incipere non potuit, contra l. existimo, l. pluribus, §. sed & si placeat, ff. de verb. oblig. Bar. in auth. vt ij, qui obliga. se perhib habere res minor. in principio numer. 2. At Montanus cap. 9. disputauit id à num. 38. vsque ad 43. & nu. 42. conclusit, quod tutor, qui post susceptam tutelam effectus est talis non possit manere in tutela, nec etiam ipsam iure detinere; sed in eius locum alius temporarius iudicis sententia, non secus quam inexcusati, vel remoti vicem, subrogandus per l. 4. C. in quibus cau. tutor. haben. & l. competit, ff. de tutel. & quod ita vidit practicari, & plura de mutis, & surdis vide per eum, si libet, in d. c. * Hanc late disputando probat Guttier p. 1. c. 7. à num. 5. vsq; ad nu. 11. Amplia surdum, & mutum à principio datum non posse esse tutorem, nec curatorem etiam quòd ad labiorum motum intelligeret, & ratio est, quia tutor, & curator debent audire, quæ fiunt, & audiri non dicitur, quod per sensum auditus non percipitur, Bar. ad d. §. mutus. * Manz. vbi supra in princip. & Guttier. loco cit. nu. 12. Limita non procedere in surdastro, & mutastro, hoc est in eo, qui tarde audit, & loquitur, vel non benè, l. fin. C. de leg. hæred. Piagg. vbi supra num. 57. Mont. c. 9. n. 35. * Manzin. vbi supra, Guttier. vbi supra num. 12.

Quinto aduersa valetudine
26 impeditus, ea tamen, ob quam ne quidem suis possit superesse negotijs l. 2. §. his illud, C. qñ mul. tutel. off. tradit Socc. Iun. cons. 16. num. 25. lib. 2. Piagg. vbi supra nu. 58. Verum Mont. c. 13. num. 19. talem tutorem datum sese excusare debere docet.

Sexto, Christiani pupilli pro
27 hibetur tutor esse Iudæus, Bar. in rubr. Digestorum, sequitur additio ad Bar. in l. Spadonem, §. cum autem, ff. de excus. tut. ratioq; est, quia inter tutorem, & pupillum, curatorem, & adultum est nimia familiaritas, quæ interdicta est Christianis cum Iudæis, cap. ad hæc de Iudæis, c. nullus 28. q. 1. & secundum Montan. c. 1. num. 39. qui hanc partem tenet duplex alia assignatur ratio. Prima, quia fidelis pupillo esse nequit, qui Christo infidelis existit, c. non potest 2. q. 7. Secunda, quia pupillo amicus esse nequit, qui Crucis Christi est inimicus, cap. licet vniuersis de testibus.

Septimo, prodigus, & ratio est, quia qui non parcit sibi quo ad personam suam, minus alteri parcere creditur, Socc. Iun. cons. 59. num. 41. lib. 3. Piagg. quæst. 3. num. 62. Montanus cap. 36. num. 8. Ne dicas, quod in testamentario potest esse dubium,

bium, cum testator sciens illum tutorem reliquit; quia non semper testatoris voluntas attēdenda, quando in manifestum pupilli damnum, vel in opprobrium, vel crudelitatem vergit, arg l. vtilitatem ff. de confirm. tutore. Amplia in eo, de quo est timor, ne pupilli bona dilapidet, qui nullatenus admittetur etiam cum cautione, Gratus conf. 115 nu. 31. par. 1 Piagg vbi supra nu. 64. * Guttierez loco citato num. 15.

Vltimo, cœcus proprie, qui scilicet aciem vtriusque oculi amisit, l. luminibus captus, vbi notatur C. qui dari tuto. cum similibus notatis à Montano c. 23. nu. 40. vbi quod etiam à tutela suscepta se excusare poterit, vt dicemus infra titulo primo nu. 4. & ibidem per Montanum videto de pluribus illustribus cœcis. Quid verò dicendum de eo, qui cum fisco contraxit, vide eundem c. 31. vbi de ampliationibus, & limitationibus adde. * & de hijs, qui tutores esse prohibentur videto Gutt. 1 par. cap. 20. per totum. Hæc quoad personam tutorum sufficiat. Ioannes Paulus Galterius V. I. Doct.

Et vel sese à Tutelà excuset. Rubrica Tertia.

SVMMARIVM.

1 *TVtela defertur inuitis pupillo, ac tutori.*

2 *Causæ excusationum tutela quæ, & quot sunt.*

3 *Tutor promittens testatori relinquenti, & approbanti, quod administrabit, se excusare nequibit.*

4 *Cœcitas, mutitas, & surditas an sint ad tutelā exercendam inhabilitatio, vel excusatio.*

5 *Pauper quo ad tutelam quis dicitur.*

6 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

7 *Absens ex causa reipublicæ, an, & quando excusetur.*

8 *Id, quod principaliter fit, non quod secundariò attēditur.*

9 *Immunitas à tutelis eatenus vires habet, quatenus priuilegium cantat, & an officialis excusetur à tutela, & quatenus.*

10 *Aetas quæ requiritur ad excusationem tutelæ, & aliorum munerum personaliū, & quo pacto ætas probetur.*

35 Ex-

35 *Excusatus à tutela vnius pupilli, an vti possit decreto contra alium pupillum diuersum, cui datus est tutor?*

36 *Suspecti, vel excusati in locum, an alius subrogandus?*

37 *Excusatus mediante decreto lato ex falsa causa à tutela periculo nõ liberatur.*

38 *Finita tutela excusationes pendens cognitio non finitur.*

TVTOR testamento à lege, vel iudice alicui constitutus, si cognouerit integra quoad seipsum personam habere, & inhabilem non esse ex causis, quas in præcedẽti rubrica descripsimus, tenebitur regulariter tutelam, velit
1 nolit, exercere. Ea enim inuito tutori, ac pupillo defertur l. nec non ff. de tuto & cur. dat. ab ijs l. nullus C. de Decurio. lib. 10. Alex. cons. 26. n. 7. vol. 3. & cons. 109. nu. 3. eod. vol. & cons. 161. vol 5. Iason in l. cum qui, nu. 7. C. de procurat. Iodocus Damhouderius Brugensis in suo tractatu de tutor. mun. c. 1. nu. 22. Nisi tamen iusta excusationis causa, quam infra legitima tẽpora proposuerit, & probauerit, sese ab huiusmodi onere exemptum declarari curauerit.
2 Causæ autem excusationum multæ sunt, de quibus Dig. de excus. tuto. & inst. eodem, & in pluribus titulis Cod. quos citabimus inferius, & ijs versibus comprehenduntur.

Cæcus, Mutus, Surdus, Furiosus, Pauper, & Absens,
Senex, Inimicus, Philosophus, Grammaticusque,
Qui litem, & liberos habet, pluresque tutelas
Gessit, & infirmus, Miles, Bannitus ab Vrbe.
A tutela queunt accipere immunitatem.

Discurramus modo singulas excusationũ causas, si illud præmiserimus, quod quando tutor
3 testamento datus patri pupilli promiserit sese administraturum expresse, vel tacitè, etiam si sibi ipsi testamento tutelam ascripsisset modo pater approbauerit, non admittetur ad excusationem, quam iure publico habebat; nam promisisse videtur se tutorem futurum, & promissum officium deferere nequibit, l. Spadonem ff. de excus. tuto. l. ex sententia ff. de testamen. tutela. expressius habetur in l vxori §. qui se ff. ad leg. Cornel. de falsis l. post legatum §. amittere ff. de ijs, quibus vt indign. l. si quis alicui §. qui suscepit ff. mandati, per quæ iura, atque alia ita docuit Monta. c. 35. nu. 17. cum tribus seq. & per eũ videto de pluribus ampl. & limit. ad regulam in princip. rubr. positam. Et vt, vnde digressi

gressi sumus, redeamus. Primo iustam causam excusationis habet is, qui est Cœcus, vel mutus, vel surdus, ac furiosus, qui
4 non tantum à tutela suscipienda se excusare possunt; verum à iam suscepta l. post susceptam ff. de excus. tut. declara tamen, quod cœcitas, surditas, & mutitas, quæ fuit à principio, non dicitur vera excusationis causa; sed potius inhabilitatis, cum scilicet inhabilē (vt supra rubr. 1. num. 25. dicebamus) tutoris personam reddat, vt etiam si velit, tutor esse nequeat; superueniens vero post acceptam tutelam inter excusationum causas connumeratur: cœcus enim tutor datus, surdus, vel furiosus effectus postea, dum tamen velit, poterit sese excusare.

Secundo excusatur Pauper, l. paupertas, ff. eodem, & §. si propter paupertatem Inst. eodem: & licet controuersum sit apud
5 nostrates quis dicatur pauper, communiter tamen cum glo. in §. sed propter, concluditur, vt pauper sit is, qui oneri iniuncto impar est, puta quia oneribus, & laboribus est intricatus, vt tutelæ superesse non possit, & ipsum quotidie ruri esse oporteat, in quo pro victu suo, & familiæ se exerceat; idq; arbitrio iudicis relinqui, qui attenta qualitate personarum, & patrimoniorum id dijudicet, docuerunt Dec. cons. 163. num. 7. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 65, & quod alleganti paupertatem incumbat probatio, dixit ex Bar. in l. in illa stipulatione in fine, ff. de verb. oblig. Mont. qui hæc omnia sequitur d. c. 25.
* num. 140. cum seq. * Guttierez p. 1. c. 21. num. 13. Ratioquè huius excusationis, & causæ est, quia satis inhumanum esset, vt q causa necessitatis victus quotidie laborare cogitur, aliena negotia gerere tenetur, arg. l. præses, C. de seruit. & aqua. & quia officium suum nemini dānosum esse debet, l. si quis ex signatoribus, ff. si quis omissa cau. testam. Quo autem pacto probetur paupertas, & an, si dētur alimenta, & salarium, tutor pauper excusetur, videre est per Aret. in d. §. sed propter, & per Piagg. q. 3. num. 24. & 25.

7 Tertio excusatur absens ex causa Reipub. puta qui legatus est, vel missus ad aliqua negotia pro patria peragenda, l. non solum ff. de excus. tut. §. Item qui reipublicæ, inst. eodem. Amplia non tantum in absente iam; sed etiam in eo, qui de proximo futurus est absens pro ea, & iam ad inter se præparat, l. si ab hostibus §. fin. ff. ex quibus cau. maior. l. si pecuniam, vbi glos. in princ. ff. de cond. ob causam, per quæ iura ita tenuit Aret. in d. §. Item, qui reipublicæ nu. 3. Amplia secundo in socijs, & ministris; nam priuilegium alicui

con-

cōceſſum eius ſocijs, comitibus, & miniſtris conceſſum eſſe intelligitur, l. adminiſtrantes §. 1. ff. eodem, Aret. vbi ſupra. Ratioque huius excuſationis eſt, ne propter occupationem illius in tutela Reipublicæ factum deterioretur. Nec obſtat, quod eo attento ratione muneris publici, & ſic legationis, & abſentiæ aliud publicum munus, vt eſt tutela, ſecundum Specul. de appel. §. 2. nu. 9. verſ. ſeptimo non appellatur, impediri non debet, nā reſpondeo, quod tutela reſpicit publicam vtilitatem ſecūdariò, cum principaliter priuatum cōmodum reſpiciat, Abſentia verò principaliter publicam, & id, quod principaliter fit, & expedit, attenditur, non id, quod in conſequentiam, & ſecundariò, arg. l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. per. Vnde non eſt mirum ſi tutelæ præponderat. Limita prædicta in eo, qui procuraſſet ex ſe abeſſe legationis cauſa pro Republica per tex. in l. qui data opera ff. ex quibus cauſis maiores, ac Zaſium allegatum à Monta. c. 26. nu. 52. hæc autem procedunt in tutela ſuſcipienda; ſed aliter dicendum eſt in ſuſcepta, à qua vacationem obtinebit abſens iam, vel futurus abſentia ipſa perdurante, deſtinato curatore interim pupillo ab eodem abſente petendo; ſed reuerſus ad tutelæ onus accedet expediendum, & exercendum ſtatim, nec anni vacationem habebit, l. non ſolum §. 1. in fine ff. eodem, quia ius reponit eum in ſtatum, in quo ante abſentiam erat; nec illud priuilegium vacationis anni tributum à lege ſimpliciter tum ad reaſſumendas vires, tum ad curam ſuarum rerum inſtituendam in præiudicium tutelarum iam ſuſceptarum operatur; quia immunitas

9 à tutelis eatenus vires habet, quatenus nominatim priuilegium indultum eſt l. non tantū §. nō omnia iuncta l. Spadonem, §. qui accipit, ff. eodem, & hoc ex regula l. patre furioſo ff. de ijs qui ſui, vel alieni iuris; quia multa iam facta tenent, quæ &c. Monta. c. 35. nu. 96. & 98. vbi limitat, niſi vltra mare abeſſet cauſa Reipublicæ, tunc enim in perpetuum excuſare ſe poterit, vel tutelam deponere l. verum §. ex facto, ff. de minor. & l. Iuris peritos ff. de excuſ. tutor. Diuerſum eſt ius in abſente ex cauſa Poteſtatis, & officij iuſtitię, quod exercet; id enim non præſtabit tutori immunitatem etiam à tutela iam ſuſcepta durante officio, licet à ſuſcipienda excuſet §. & qui poteſtatem aliquam de excuſ. tuto. inſt. Ratioque diuerſitatis huius, cur ſcilicet à tutela ſuſcepta excuſetur abſens ex cauſa reipublicæ durante abſentia, ipſe autem officialis nequaquam officio perdurāte eſt; quia qui Reipub. cauſa abſunt prohi-

prohibentur, & impediuntur plerumq; propria agere negotia, l. legatus, ff. de legatio. & cum grauentur in hoc, in alio debent releuari, vt durante abſentia exſcuſentur, l. eum qui, ff. de iureiuran. quod cum non fit in ipſo officiali, vt patet, merito, &c. Id verò, quod diximus de poteſtate, amplia tripliciter per Monta. vbi ſupra num. 103. & multipliciter limita, vt per eum num. ſeqq. & inter cætera limita, quando officium eſſet tale, quòd rebus pupilli vacare non poſſet, puta, quia longe abſens gerit officium, vel aliter graue. Mont. n. 115. tunc enim à ſuſcepta tutela bene excuſaretur, tex. eſt in l. tutelæ, C. de excuſat. muner. lib. 10. Limita ſecundo, quando eſſet ex cauſa officij perpetuò impeditus, l. iuriſperitos, ff. de excuſatio. tutor. vt ſunt aſſumpti ad latus Principis, & Conſiliarij, Mont. num. 116. & 117. & num. 118. addе. Et hodie in Regno Regia canetur pragmatica, vt conſiliarij, ſeu Regij officiales exercentes iuriſdictionem, ſeu adminiſtrationẽ pecuniæ nequeãt eſſe tutores, vel balij Baronum, ſeu alterius regnicolæ, vel exteri ad exercendum iuriſdictionem, abſq; licentia in ſcriptis, obtenta Illuſtriſſimi D. Viceregis, vt in prag. 1. de off. iudicũ. Quòd non habent excuſationẽ Iuriſperiti, & de ratione. Poteſtas autem quando excuſatur, in locũ eius alius eſt dandus tutor, Aret. in d. §. & qui poteſtatem.

Quarto, excuſatur ſenex ſeptuaginta annos habens completos, §. item maior, inſt. &
10 l. 2. ff. de excuſ. tut. vbi dicitur quod ætas probabitur natiuitatis ſcripturæ, teſtibus, ac alijs inſtrumentis, vt ibi per gloſ. videre eſt, ac per allegatos à Menocch. de arbitr. iudic. lib. 7. caſu 116. num. 3. & 4. & à Mont. vbi ſupra num. 175. eaq; ætas ſpecialiter requiritur in excuſatione à tutela, licet in alijs perſonalibus muneribus minor ætas ſcilicet quinquaginta annorum ſupra quinquæ ſufficiat, l. fin. C. qui ætate ſe excu. lib. 10. idq; eſt, vt plenius preuideatur pupillis, ac poſſint plures habere tutores. Ratioq; excuſatio-
11 nis prædictæ eſt, quia ſenectus apud antiquos maximo in honore ſemper habita eſt, qui honos conſiſtit in aſſurgendo, locum dando, ac ſedendo, domo deducendo, atque eam reducẽdo, vt ex Gellio lib. 2. noct. acticarum cap. 19. & ex Valer. Max. lib. 2. cap. 1. retulit Mont. n. 172. licet non benè referat carmina Poetæ, qui contra primæ illius ætatis homines in hunc contextum inuehit.

Improbitas primo fuit admirabilis æuo.

Credebant quòd grande nephas, & morte piandum.

Si iuuenis vetulæ non assurrexerit, & si

Barbato.

Quinto, excusatur quis propter inimicitias capitales, §. itē si propter, & §. inimicitiæ, inst.
12 de excus. tuto. & capitales dicuntur duobus modis, vel quia accusauit quis aliquem de crimine capitali sanguinis pœnā ingerente, vel vitæ eius est insidiatus, vel quia mouit alicui controuersiam status, quæ etiā grauissima dicitur, vt quia dixisset seruum, qui non erat, & libertum vindicauit in iuditio, qui non fuerat libertate ab eo donatus, quæ causa morti æquiparatur, l. isti quidem, §. 1. ff. de eo, quod met. cau. Mont. nu. * 166. Guttier. p. 1. c. 21. nu. 18. Ratioq; dicitur esse duplex, vel quia publicè interest, ne ex inimicitia creationes fiant, sed æstimatione vera, & commodo Reipublicæ, l. vnica, C. si propter inimicitias lib. 10. vel, & secunda, vt omnis sinistra suspitio excludatur; nam, etiam si inimicus benę administrat, propter authorem erit suspecta administratio, adeo quod iusta ratione debet eius excusatio recipi, ita d. c. 35. Monta. n. 162. vbi ampliat in procuratore, & magistratu dante, & tripliciter limitat. Quibus præsuppositis, dico, quod in tribus casibus inimicitiæ à tutela excusant. Primus est, si quis relictus tutor est propter inimicitias, vt scilicet is debitis, & negotijs relinquētis implicetur, & à pupillo, ac alijs vexetur, glo. in d. §. item si propter, * Guttier. p. 1. cap. 21, num. 22. Alter secundum eam est, si inimicitiæ fuissent ante testamentum inter tutorem datum, & testatorem dantem, & capitales, §. inimicitiæ, inst. eodem, secus si non capitales, quia illæ remissæ censentur, l. athletę, §. dat remissionem, ff. de excus. tutor. & non excusant. Tertius casus est, quando inimicitię post testamentum superueniunt, glo. in d. §. si propter, quę an censeantur remissę, si testator diù steterit viuus post testamentum, & inimicitias, & tutorem non reuocauerit, videas glo. in d. §. dat remissionem, vers. nisi postquam, & Iason in l. ex hoc iure nu. 6. ff. de iust. & iure. * Quando ob reconciliationem de proximo secutam, probat Guttier. loco cit. n. 21.

13 Sexto, excusantur Philosophi, Rhetores, & Medici Romæ existentes, & qui in Patria has artes exercent, dūtamen sint infra numerū à lege constitutū, §. itę Romæ, inst. eod. l. si duas, §. Grāmatici, §. min. & §. Philosophi ff. eod. & l. sed & reꝑbati, §. de Philosophis, & §. amplius, ff. eod. id aūt, ꝙ dicit de Roma, intelligas de omnibus alijs Ciuitatib⁹, vbi sunt studia approbata, & collegia Doctorum, vt sunt Sęnę, Papia.

pia, Patauium, Florentia, Pisę, Bononia, Salernum, ac Neapolis, vbi primus omnium generale studium constituit Federicus Secundus eius nominis Imperator, vt habetur per Colennucium libro 4. Historiarum, siue Compendij Regni, & inde per Carolum primum, & Robertũ Reges reformatum, & ampliatum, vt habetur in Cap. Regni 268. & 269. Iurisperiti autem docentes in studijs approbatis gaudent immunitate, secus in proprijs patrijs eo, quia leges non ita passim edoceri possunt, nisi Romæ, Neapoli, &c. §. hęc tria in Procemio Digestorum, Montan. vbi supra num. 203. & num. 206. limitat excusationis causam non procedere quando sese excusantes benè, & sedulo suo non fungerentur munere, nec se vtiles adolescẽtibus pręberent, l. 2. C. de profess. & medicis lib. 10. l. vt gradatim, §. reprobari, ff. de mun. & honor. & hoc, quia cessat ratio huius immunitatis, quę fuit commo-
14 dum Reipublicę, cuius interest iuuentutem erudiri diligenter, cum in ea ętate veluti herba sit tota Reipublicę spes, omnisque vel boni, vel mali seminarium. Medici verò salutis hominum curam agunt, eorumq; officium publicè prodest, l. 1. §. medicorum, ff. de varijs, & extraordin. cognit. l. inter eos, §. 1. ff. ex quibus cau. maior. Quales autem medici fuerint, & vnde eorum immunitatis cõcessio processerit, tradit Barnabas Brissonius lib. 2. antiquit. cap. 3. & 4.

Septimo, excusatur, qui habet litem cum pupillo de omnibus bonis, §. item propter litem, inst. & l. si vt allegas, C. de excusat. tut. & glo. in d. §. item dixit idẽ esse, si de maiori parte bonorum lis fuerit, Mont. c. 35.
15 num. 7. Hodie verò etiam si lis fuerit minima, non potest quis esse tutor pupilli, cum quo litigat, quia si tutor eius haberet tutelam, facilè posset subtrahere instrumenta pupillo, vt cauetur in §. 1. in auth. vt ij, qui obligat. se perhib. hab. res minor. qua ratione attenta supra in rubr. *Vt personam suam inspiciat num.* 11. quòd creditor, & debitor pupilli tutor esse nequit dicebamus ex pluribus, & ex Iodoco de tut. munere c. 5. nu. 6.
* adde Fab. de Anna cons. 134. cõtrarium probat, & alias fallentias recenset, de quibus supra d. rubr. num. 11. Hinc quoque fit, quod tutor, si post susceptã, vel depositam tutelã obtineat cessionem, vel donationem alicuius rei, vel actionis contra pupillum, vel etiam titulo emptionis, nihil agit, & nulli sunt ij actus, nec contra cedentem, vel donantem, & vendentem habebit obtinens regressum; sed ab vtroq; pupillus liberabitur,

vt in d. auth. & l. non sit, ff. de rebus eorũ, Iodoc. de tut. mun. c. 9. num. 137. cum seq. Mont. cap. 35. num. 16.

Octauo, excusatur, quis propter numerum liberorum, puta si habet tres liberos superstites
16 Romę, quatuor in Italia, & quinque in Prouincijs, inst. de excus. tut. in princip. * Guttierez de tut. p. 1. c. 21. n. 1. & 2. Montan. c. 35. num. 46. vbi de priuilegijs concessis olim liberos habenti, & de prelatione, quam habet contra liberis carentem. Ratioq; dicitur esse duplex, vel, & prima, quia propter hanc immunitatem homines facilius incitantur ad procreandos liberos, quibus repleri ciuitates publicè interest. l. 1. ff. solu. matrim. Vel, & secunda propter occupationẽ propriorum liberorum, quibus, habens oportet, vt vacet; prima enim charitas incipit à seipso, l. pręses, C. de seruit. & aqua. Ratio autem, cur dispar numerus liberorum Romę, in Italia, & Prouincijs exigitur, affertur à Mõtan. num. 52. quia tres tantum liberos Romanis ad id necessarios olim fuit institutum à Patribus, & Senatoribus; verum quia dedecebat idem priuilegium habere Italos, inductum eit, vt ij plures vno scilicet haberent; & quia Italia erat domina Prouinciarum, dignum visum fuit, vt cum ea prouincię à pari non procederent sicut in multis, ita etiam in hoc; ideoq; sancitũ, vt plures scilicet quinque liberos baberẽt prouinciales. Et non sine causa dixi si habeat liberos, quia etiam habenti nepotes ex filio competit hęc immunitas, qui plures repræsentabunt personam patris eorum, & pro eo solo computabuntur, l. 2. §. quotcunque, ff. de excusa. tuto. glo. in princip. inst. eod. & §. cum filius, inst. de hæred. quę ab intest. deferun. Ratio, quia Respublica non sentit beneficiũ ab auo, sed à filio, qui vnus est. Amplia pręmissa in filijs in adoptionem alijs datis, vt patri naturali ad hanc immunitatem consequendam prosint, §. 1. inst. de excus. tut. Amplia secundo in liberis non tantum superstitibus; sed etiam defunctis in acie belli, l. bello amissi, ff. eodem, ij enim pro-
17 pter gloriam semper viuere dicuntur, §. fœminę, inst. de adoption. & Cicero in somnio Scipionis dicebat, quòd ijs, qui pro Republ. ceciderunt, statutus est cœlo locus, in quo sempiterno ęuo fruantur, Mont. c. 35. n. 62. & seq. & Ouidius de Achille.

At viuit totũm quæ gloria cõpleat orbem.

Subãplia in liberis in acie belli non solum defunctis; sed vulneratis lethaliter, & in patriam reductis, & mortuis, ita mihi dictat tex. (quicquid tenuerit

Por-

Portius §.1.inst.de excus.tuto.) in l.1.§.2.ff. de incend. ruina, & naufr. vbi dicitur id bello amissi, quod belli causa amissum est. Mont.nu.64. * adde. subamplia secundo in filiabus, quæ essent effecto moniales,& ingresse monasterium,& ob id mortue mundo, hæ enim ad excusationem proderunt,vt in fauorem Ducis Ayrole per Nuceriæ Ducem tutorem relictum Decisum in S. Cons. dixit D. de Franch. decis. 532. Limita in liberis ex belli causa in obsidione defunctis d.l. bello amissi.Mont.vbi supra nu. 61. Secundo limita in liberis captis ab hostibus, quia vt prosint, ciues Romani esse debent, l.2.C.de ijs,qui numer. liber. se excu. lib. 10. Tertio limita in naturalibus, & maximè spurijs ea ratione, ne quis ex sua improbitate priuilegiũ consequatur l. 2. §. 1. ff. eodem, publicè enim interest legitimè natis Patriam augeri l. 2. C. de indicta vidui. tollen. Quarto limitat Montan.nu. 75.in filijs nondum natis, cum enim non tractetur de eorum commodo pro iam natis non habentur l.quod dicimus ff.de verb.sign.addit & plures limitationes, quas ex ipso, & locis communibus in Digestis,& Codice est videre.

18 Nono si quis est grauatus onere trium tutelarum, vel curationum, quas administrat; nã à quarta habebit excusationem, si velit l.tria onera, *la prima* ff. eodem §. item tria onera, inst. eodem * Guttier p.1.c.21.nu.8. Ratioque est, ne propter difficultatem, & multitudinem negotiorum, & rationum conficiendarum,quibus grauatur tutor,res pupillares male administrentur l. si is,qui. §. fin. ff. eodem,glo.in d.§.item tria onera. Mont. vbi supra nu.119. *adde. & quia.

Qui binos lepores vna testabitur hora
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

Et festinans ad duo diuersa,neutrum bene peraget,l.nemoC.de assess. Hinc Iuuenalis

Pectora nostra duas non admittentia curas,

& ideo intelligas pdicta vt sup. Quæ intelligas vera,si essent tutelæ diuersorum patrimoniorũ, & pupillorum,secus si vnius patrimonij,licet plurium pupillorum,fratrum puta,vel sororum; nam hoc casu cum cesset ratio difficultatis,& multitudinis negotiorum, cessabit dispositio l. adigere §. quamuis ff. de iurepatr. c. cum cessante de appell. & per consequens immunitas non competet. Mont.num.120. Amplia, vt præmissa procedant etiam in vna tutela,quæ esset satis ampla respectu magni patrimonij,& valde onerosa,quæ tribus æquiualeret; nam ea sola à secunda vacationem præstabit,

l. si is §. fin. ff. eod. Mont. nu. 121. Gutt. loc. cit. nu. 11. Amplia in vna tutela, & duabus curationibus, vel duabus tutelis, & vna curatione, siue curatia, vt à quarta præstent excusationē l. 2. §. hoc amplius, ff. eod. de excu. tut. Amplia tertio procedere excusationem à quarta non solum si onus duarum tutelarū deferatur vni; sed etiam pluribus existentibus in vna domo, puta patri, & filio l. diximus §. fin. vbi Bart. ff. eod. Mont. nu. 125. vbi declarat id intelligi quoties periculum ad patrem insolidū refertur, secus si alias l. 1 & toto titulo C. quod cum eo. Amplia quarto, vt quis excusetur à quarta etiam pendente appellatione, & discussione tertiæ, quæ non administretur, vt scilicet pendente iuditio excusetur, & expectetur eius euentus, d. l. diximus ff. eodem. Montanus num. 128. vbi rationem videre poteris. Conclusionem vero supra ampliatam limita pluribus modis, &c.

Primo non procedere in tribus tutelis, quæ essent paruæ, seu exigui patrimonij; nam à quarta immunitatem non præstarent l. Spadonem §. fin. ff. eodem. Limita secūdo non acquiri immunitatem ex tribus tutelis, etiam magni patrimonij, quando hæ, vel ex ijs vna esset honoraria, d. l. Spadonem §. ciuitatis; idem est si hæc superueniens sit honoraria, l. non tantum in princ. ff. eodem. Limita tertio non procedere, quando hæ tres tutelæ, vel vna essent affectatæ per tutorem d. l. Spadonem §. fin. affectasse autem dicitur, qui se tutorem ascripsit l. vxori §. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis. Mont. nu. 130. cum seq. & contra affectantes inuehit Iodoc. de tut. mun. c. 1. nu. 17. Ratio est, quia

Hoc portat leuiter, quod portat quisque libenter.

& ei qui oneri se sponte subiecit, succurrendum non est, l. 2. §. fin. ff. si quis caution. Limita quarto, quando vna esset defunctoriè suscepta l. vnica C. qui numero tute. se excusis autem defunctoriè suscipere dicitur, qui data opera se alicuius tutorem simulat, cum tutor non sit, & eā iudicis causa administrat, vt ea simulatione à noua excusetur, ita author qui ā de verb. signif. relatus à Monta. nu. 135. Limita quinto, quando hæ tutelæ, vel vna ex ijs essent modico tempore duraturæ, puta quia infra sex menses finem accipere debent, vel infra eundem terminum illa, quæ de nouo conferri vult; non enim præstabunt immunitatem, d. l. non tantum, in princ. Limita sexto in liberto, qui nec respectu plurium tutelarum, nec liberorum se excusare potest à tutela filiorum patroni l. libertum §. si plures ff. de excusat. tut. l. libertas, C. eodem. Mont. cap. 35. num.

25. &

25.& 26. qui nu. 32. sublimitat in eo, qui proprijs nummis fuisset emptus, & manumissus d. l. libertum §. qui propria, & in alio casu num. 33. Limita septimo, quando hæ tres tutelæ essent vnius, vel duorum patrimoniorum, non enim præstarent immunitatem à quarta, secus si trium, & ita habetur in d. §. item tria onera, vbi Aret. in fine. Montanus nu. 139. & nos superius diximus.* addc. Limita octauo, & vltimo, in fideiussore tutelæ, vt non computetur inter onera trium tutelarum l. Spadonem §. si ciuitatis ff. de excus. tutor. vbi Doctores, quos sequitur Guttier. loco cit. nu. 12.

Decimo excusatur quis si esset infirmus, l. non solum §. fin. ff. eodem, ea tamen infirmitate,
19 vt nequidem suis posset superesse negotijs, vt ibi habetur, idque intelligas ad tempus infirmitatis, & interim dabitur curator d. l. non solum, & l. & non tantum, cum seq. ff. eodem de exc. tuto. §. Item si propter aduersam, inst. eodem. Mont. nu. 145. & seq. Amplia in liberto infirmo, vt supra, l. Titius. §. si tanta ff. de excus. tut.

Vndecimo excusabitur miles, l. sed & milites, ff. eodem §. idē
20 inst. eodem. Hanc autem immunitatem à tutela non intelligas procedere in milite existente in militia, qui nec volens admittitur, vt d. §. idem & in milite, propter publicum interesse, ne distrahatur à militia, cuius fauore multa sunt priuilegia à iure concessa, vt toto tit. de
21 testam. milit. & alibi sæpè. Et quidem Miles bonus dicitur murus Imperij, defensor Patriæ, gloriosa seruitus, & potestatis inditium Doct. in l. neque ff. de test. milit. & per Bald. in l militares C. eodem, refert Monta. num. 185. At bene intelligas in Veterano emerito, & dimisso à militia, qui licet possit dari tutor, tamen poterit, se excusare, nisi vocetur ad tutelam filiorum conueterani, vel militis, l. vltima C. de excusat. vetera. d. l. sed & milites, in princ. Sublimita infra annum dimissionis, vt etiā hoc casu excusetur. Item limita nisi per prius tutela conueterani fuerat sibi delata; nam statim eā nullo anno expectato reaccipiet. Item limita in filijs, secus in nepotibus conueterani, à quorum tutela excusabitur d. l. sed & milites, Mont. vbi supra num. 188. vbi qui Commilitones, & Conueterani, & nu. 224. dicit colonum Principis patrimonialem excusari quoque, nō sic fisci colonum, atque temporarium, per l. fin. C. qui dant tuto. & curat. Item excusari docuit Mensores frumentarios, idest, qui annonam publicam admetiuntur l. 1. C. de condit. in publ. horreis lib. 10. qui tamē in Vrbe sunt, non in Prouincijs,

l. his oneribus §. 1. ff.de vacat. mun.l.mensores ff.de excus.tut.

Duodecimo & vltimo est is, qui est Bannitus ab Vrbe,& Patria sua d.l.sed,& milites §.scri-
22 bit autem. Qui bannitus vltra quod à tutela, & cura excusabitur,est etiam immunis, vt non teneatur petere tutores,& curatores minori eo quod propter bannum impeditur,Bal.in l.planè num. 4. ff. de excusat.tutor. Quæ quidem excusationum causę,vt supra declaratæ,& versibus cõclusæ,describuntur etiã à Piag.q.10.nu.6. ac aliæ etiam à Mont. d. c. 35. vbi simul aduertunt habentem prædictas excusationum causas; vel ex ijs vnam non posse se propria authoritate tutela, vel cura exonerare; sed mediante decreto iudicis,quem adibis præsentato libello in hunc modũ concepto. *In tali Curia. Exponit N. N. ad sui notitiam deuenisse, quod N.N. testamento condito exponentẽ ipsum N.N. filijs suis,vel nepotibus tutorem reliquit, & fecit*,& hoc in testamentario;at in legitimo tutore dicas, quod *N.N.intestatus decessit,nullo relicto filijs superstitibus pupillis tutore, quibus ipse exponens est agnatus proximior, & eorum tutela à lege ad eum defertur.* Et in hoc, & datiuo dic, *ac fuit citatus, & monitus ab ipso iudice, & curia, vt veniat ad suscipiendum tutelam sibi delatam, & decretam, vel decernendam per Curiam N.papilli ex defectu testamentarij, vel legitimi tutoris.* & in omnibus libellis concludas. *Et quoniam datio, siue delatio nulla est, vel fuit, cũ Reuerentia,& si qua est,ipse habet iustas excusationum causas, cum scilicet habeat tot liberos, &c.sit senex septuaginta annis maior*, & sic de singulis; *ideo illas infra legitima tempora proponens se excusat, & petit ad prædictam excusationem admitti, & à dicto tutela onere sententia mediante declarari immunem, eam alijs deferendo, & pro validitate præsentis iudicij curatorem, vel tutorem destinari à pupillo ad præsentẽ causam instat, & ita eius indemnitati prouideri isto, ac omni meliori, &c.* Dixi in libello. *Quoniam datio fuit nulla*.Ex doctrina Bar. in l.qui testamento §.item quęro num. 6. ff. de excus. tut. nam quãdo inutiliter datus est quis, se confirmari permittere non debet, quia inde non posset se excusare, vt notatur in l.Caius ff. de excusat.tut. nisi confirmetur inuitus, quo casu etiam se excusabit. Bar. in l. scire etiam oportet §. qui autem d. titulo.
24 Piagg.q.10.num.8. Dixi, *iustas excusat. causas*, in numero plurali; nam rectè facit, qui plures allegat, nec sibi præiudicabit, si omnes non probauerit, cum vnam probasse sufficiat. Arc. in

§. qui

§. qui autem *il primo* nu. 5. inst. de excus. tut. Piagg. q. 10. nu. 3. & seq. & iuuat, quia, si ex propositis vnam non probauerit, potest alias probare infra instãtiam quatuor mensium, alias non audiretur super non propositis infra quinquaginta dies, glo. in §. qui autem inst. eodem, Mont. vbi supra reg. 3. nu. 4. Dixi *infra legitima tempora:* Nam non semper allegari potest ex-
25 cusationis causa; Sed infra spacium dierum quinquaginta, Aret. in d. §. qui autem num. 4. Abbas cons. 90. nu. 4. lib. 2. & est tex. in l. quinquaginta ff. & l. quinquaginta C. eodem de excusat. tut. Ad prosequendam verò causam propositum excusationis habet tutor quatuor menses, in quibus illi quinquaginta dies connumerantur d. l. quinquaginta, glo. in d. §. qui autem, & tanto tempore durat instantia huius iuditij, qua elapsa, & excusatione non instituta, & obtenta, ita videtur tutor tutelam, vel curam acceptasse, vt amplius se excusare nequeat l. scire oportet §. scire autem ff. de excus. tut. & notatur in l. scire §. quinquaginta ff. eod. Piagg.
26 vbi supra num. 2. quia taciti, & expressi eadem est virtus, & iuditium l. cum quid ff. si cert. pet. & qui contrarium dicit, debet probare, vt per allegata à Caualc. nu. 95. Optimum tamen esse si se ab administratione abstineat, dixit Curt. Iunior cons. 29. nu. 6. vol. 1. Piagg. q. 10. nu. 2. Mont. c. 35. reg. 3. Admouendi autem sumus, quod illi quinquaginta dies sunt continui, idest non attento, an regatur curia, vel non, an festum sit, vel non, Mont. c. 35. reg. 3. nu. 2. Et in te-
27 stamentario incipiunt currere, quando fuit datus tutor purè, vel simpliciter à die aditæ hereditatis l. si nemo ff. de testam. tutel. si sub conditione à die purificatæ conditionis. Bar. in l. sicuti legitur nu. 19. ff. de leg. 1. Piagg. q. 14. in princ. Mont. vbi supra reg. 3. nam. 16. & 20. vbi declarat quædam circa testamentarios, vt nõ sit opus excusatione, nisi confirmati fuerint l. 1. C. de testam tute. & l. 1. C. de confirm. tuto. de quibus supra rubr. praced. num. 5. & seq. dictum est. In legitimo verò currunt statim, atq; à lege defertur sibi tutela, & cura, à quo etiam tẽpore de neglectis tenebitur, l. si sororis, C. qui dar. tut. poss. Et in datiuo à die sciẽtiæ, & notificationis factæ d. l. scire, §. scire autem, verum, quod non requiratur interpellatio, dixit per tex. in l. 2. ff. de stipulat. seruo. Mont. c. 32. reg. 4. & c. 35. reg. 3. num. 13. quod qualiter innotescat, sufficit. Dixi in libello, *Decreto mediante,* quia in reuocatione istius tutoris dati, vel relicti requiritur decretum sicut in constitutione,

Petrus

Petrus Duennas relatus à Caualc. num. 196. reg. 187. nu. 18. verſ. decretum. Quod ſi non obſtante excuſationis cauſa tãquam non limitante fuerit decretum, vt exerceat, quod periculum currat ſibi à die, quo adminiſtrare debuit, dixit tex. in l. tutor. ff. de admin. tuto. Verũ quod poſſit ab hac ſententia nõ approbante excuſationem appellare, eſt tex. in l. 2. ff. de tut. & cura. datis ab ijs, *adde Gutier. c. 21. num. 33. cum duo-
28 bus ſeqq. Id vero, quod diximus de tutore, vel curatore deſtinãdo ad litem excuſationis paucis eſt notum, & ideo notabile in practica; nam ſi aliàs tutor excuſaueris decreto iudicis præcedente, nihil ageres, & illud decretum annullaretur, & hoc ſeruandum eſt, quando nullum alium habet tutorem pupillus, quod ſi contutorem alium, tunc quidem, cum eo agendum eſt, & ſufficiet, ita habetur in l. ſolet, & in l. ſi quis alicui, §. ſi mãdatum, ff. mãdati, notatur in l. 1. C. de tranſact. & Caſtr. conſ. 302 n. 5. lib. 1. & hanc practicam eſſe per tutores, & curatores obſeruandam, dixit Matthesillan. ſing. 135. Nota practicam ſubdens circa hoc aduocatos ſæpe erraſſe. Aret. in §. deſinunt in princip. inſt. quibus mod. tute. finit. & tanquam vtilem cõmendat Gaſpar Caballus ad conſtit. March. lib. 5. c. 9. nu. 7. referunt, & ſequuntur Piagg. q. 10. nu. 7. Caualc. nu. 191. Mont. cap. 35. num. 233. & quod interim temporarius detur pupillo tutor, qui tutelam gerat, dixit tex. in l. cum quidam ff. de tutor. & curat. datis ab ijs, refert Monta. c. 24. nu. 14. & ſi non obtinebit, exercere cogendus eſt tutor, ſi vero obtinet, alius in eius locũ ſubrogandus, vt aliàs diximus per l. ſi quis ſub conditione, ff.
29 de teſtam. tutela. Pariter ſi ſe non excuſat, nec gerit, quod cogatur à iudice ex officio extra ordinem præuia ſatiſdatione, iuramento, & inuentarij confectione, dixit Monta. c. 32. reg. 4. num. 7. per tex. in l. 1. vbi glo. in verſ. *extra ordinem*, & l. ita autem §. geſſiſſe, & §. ſi quis, ff. de adm. tutor. & quod ceſſans legitimare perſonam ſuam, & adimplere ſcienter, ceſſet ſuo periculo, cum per eum ſteterit per multa num. 8. Sed hic eſt ſciendum, quod ſi faciliter tutor à tutela, & cura nondum ſuſcepta ſe excuſare poſſit, ſu-
30 ſceptam tamen regulariter nõ dimittit per rationem, quam affert Dyn. in l. 1. in princip. ff. de admin. tuto. Dixi regulariter quia ſunt certi caſus, quibus dimittere non prohibebitur, quos eſt videre per glo. in l. verum, §. ex facto, verſ. deponere. ff. de
31 minoribus. Vlterius annotare nos oportet, quod excuſationẽ iuſtam habens adeo excuſatur,

vt

vt ad tutelam liberorum fratris cogi non possit, l. iurisperitos, §. qui priuilegio, ff. eodem de excusa. tut. & licet susceperit vnam tutelam voluntariè, quod ad aliam non cogatur, habetur in l. voluntaria, C. eodem, & quod acta excusationis compilata inter tutorem, & pupillum de per se sine alio processu, non prosint eidem tutori dato alteri pupillo; sed opus sit nouo processu, nouaq; excusationis allegatione, vel veteris adhuc durantis reproductione, dixit Iureconf. in l. 1. §. qui excusationem. ff. de vacat. munerum,

32 & nos infra num. 35. Aduertendum insuper est, quod si à iudice cõstitutus fuisset in casu permisso tutor aliquis, qui non esset de agnatis, vel de propinquis, & agnatus, vel in gradu proximior petere constitui tutor amoto in gradu remotiore iuxta tradita à Corneo cõs. 210 in fine vol. 3. ab Alex. cons. 141. vol. 1. & à Bar. in l. si impuberi num. 5. ff. de tut. & cura. datis ab ijs, debet is proximior agnatus intra quatuor menses à die sciẽtiæ hoc proponere iudici, aliàs dicto tempore elapso amplius non audiretur, Bar. & Salyc. in auth. presbyteros la seconda, C. de Episcop. & Clericis, l. tutor si petitus, ff. de tutor. & curat. dat. ab ijs, & allegati à Caualc. nu. 200. Nisi tamen agnatus, vel proximior esset mater, vel auia, quas vltra quatuor mẽses audiri docent, Bal. in d. auth. presbyteros, & Dec. cons. 16. num. 7. quod tamen tutum vbi supra Caualcan. non putauit. * adde, refert, & sequitur plures allegans Gutt. p. 1. c. 21 n. 37.

Sed iuxta præmissa Quæro. Quidam tutor datus iustam à tutela excusationem nõ habet, est ne causa aliqua, vel remediũ, vt inuitus tutelam, vel curam suscipere non cogatur? Barto.

33 Cepolla caut. 16. dicebat, quod sic procurando .s. vt nullus pro eo fideiubeat si sit legitimus tutor, vel datiuus sine inquisitione; hæc autem cautela non videtur probanda, quia malitijs hominum non est indulgendum l. in fundo, vers. neq; enim, cum similibus, ff. de reiuend. maximè quando ad essent aliquæ circũstantiæ, puta quia tutor iste habet aliqua bona, quo casu debet detineri carceratus tãdiu, quãdiu fideiussores non inuenerit, ne pupillus indefensus remaneat, & quilibet hoc casu fideiussor esse poterit, si tutor habeat tantum in bonis suis, quãtum pupillus, fideiussor enim idoneus ille dicitur, qui ipse, vel eius principalis tantum habet in bonis, quantum est debitum cum fructibus, ita per doctr. Soarez, & aliorum dixit Caualc. num. 129. Piagg. q. 9. nu. 9.

Item quæro. Tutor testamẽ-
34 to datus se se à tutela excusat, an

in legatum eidem in d. testamento factum amittat, vel fortè exactum restituat? Et dicas, quod sic. Docto. in l. si legatarius, C. de legat. & l. qui tutelam, ff. de testam. tutela, Beluisius in §. his igitur, in auth. de hered. & Falcid. & allegati à Caualc. qui id tenet num. 190. Papien. in forma libelli, quo agitur ad reddend. ration. glo. suos tutores, Piagg. q. 13. in princ. & non solum legatum factum sibi, sed filijs relictum contemplatione patris, secus si propria contemplatione filiorum, d. l. qui tutelam. Quod licet Ruyn. cons. 38. nu. 3. & cons. 49. num. 4. intelligat, si legatum factum sit, vt tutelam susciperet, secus si omnino relicturus erat illud testator, & quòd omnino relicturus videtur, si vel coniunctę personæ, vel vxori legauerit, per l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excusa. tut. cap. requisiti de testam. l. cum alienam. C. de legat. & Ang. cons. 166. Tamen cum prima opinione, & indistinctè tenuerunt Dec. cõs. 192. num. 4. & cons. 187. num. 1. & 2. Roma. cons. 235. nu. 1. Bal. cons. 356. lib. 4. Castren. cons. 337. lib. 1 & Galli ad Dec. d. cõs. 192. quos omnes refert, & sequitur Mont. c. 9. à num. 26. vsq; ad 29. & n. 31. * adde. Videtur sentire Menoch. lib. 4. pręsump. 124. dum reprobat coniecturas allatas à Ruyno vbi supra, & quarta coniectura num. 12. limitat hoc non procedere, quando testator constituit tutorem eum, qui tutor esse nequit, eiq; legauit, vt minori vigintiquinque annis de iure communi, & decem, & octo de iure Regni, is enim, cum legatum non pręsumatur factum ob tutelam, licet eam non administret, consequitur legatum ex Bar. in l. penul. C. de legatis Bald. cons. 357. col. 1. vers. primo casu lib. 1. Ang. d. consil. 84. num. 9. & l. ab administratione C. de leg. & nu. 8. ex pluribus, Menoch. vt huic pœnę amissionis legati sit locus, requirit, quod tutor ipse fuerit monitus, & interpellatus ad hoc onus suscipiendum iuxta auth. hoc amplius C. de fideicomm. & tandem vide circa hęc Gutt. p. 1. cap. 22. per totam. extendit id ad eum, qui etiam si apertè non renuit tutelam suscipere; tamen in notabili mora fuit, & interim pupillus decessit, per d. cons. Angeli 166. vers. tertius casus. * adde. Amplia in tutore legatario non administrante, nec se excusante, vt per Gutt. vbi supra num. 9. nisi tamen legatum fuisset ex causa alimentorum, tunc enim non procedere, quod prædiximus, astruit idẽ Monta. ex d. cons. Ruyni 38. lib. 2. & cap. 32. reg. 5. num. 118. * adde, & Guttier. loco cit. c. 22. num. 4. & num. 6. Sublimitat in vxore, cui fuissent legata alimenta

ta cum onere habitandi cum filijs impuberibus, quia onus adiectum fauore filiorum: vnde vna filia nubente, & altera mortua extinguitur legatum, secus in vxore nouerca, vt per eũ n.7.

Limita secũdo præmissa in eo, qui etiam si vellet, nequiret administrationem assumere, puta ob militiam, vel aliam legitimã causam d. l. ab administratione C. de legat. & plures ad hoc citat Guttier. d. c. 22. nu. 10. vbi extendit in clerico, qui adhuc miles est, & rationes quæ sunt in milite, in eo considerabiles sũt.

Limita tertio, quando legatum esset factum cum hoc onere consanguineo; tunc enim magis consanguinitatis, quam oneris iniuncti ratione legatũ factum præsumitur, l. tutor petitus. §. 1. incip. quæ tutoribus, ff. de excus. tuto. Couar. de testam. c. 10. n. 3. Gutt. vbi supra nu. 12.

Quarto limita qñ legatũ factũ cũ dicto onere alicui esset restituendum l. amitissim. ff. de excus. tutor. Gutt. vbi sup. nu. 13. & Rom. ab eo citatus cons. 235.

Quinto limita in substituto pupillariter, qui licet amittat legatum, non per hoc repelletur à substitutione facta per testatorem legantem cũ adiuncto onere tutelæ, Gutt. d. loc. nu. 15.

Sexto, & vltimo limita in tutela datiua, à qua licet quis se excuset non tamen amittit legatum sibi factum à testatore, absq; d. onere, l. ex ijs apparet, ff. de excus. tut. Gutt. vbi sup. n. 16.

Pariter quæro quid dicendũ. Quidam relictus est tutor duobus diuersis pupillis, si fuerit excusatus aliqua causa decreto mediante ab vna tutela, an dicatur quo ad reliquam excusatus? Dicas quòd non ex dictis supra num. 31. & quia ex separatis non infertur, vnde alio iuditio opus erit, l. duobus pupillis ff. de testam. tutela. Vlterius pro intelligentia huius ru-
36 bricæ. Quid si vno ex pluribus tutoribus testamentarijs excusato, remanente alio, instet mater pupillorum alium contutorem dari in locum excusati, vel ipsi deferri tutelam? Dicas in arbitrio iudicis esse an velit aliũ in locum excusati subrogare per tex. in l. si quis sub conditione, ff. de testam. tute. l. potuit, & l. licet, C. in quibus causis tut. habenti. Socc. cons. 193. col. 1. 2. vol. qui iudex arbitriũ suum regulabit ex qualitate tutoris, qui remansit, quantitate, & qualitate patrimonij, quod cognoscitur ex exhibitione, & lectura inuentarij, & si videbitur pupillus alio egere tutore, dabitur, & ita in S. Consil. decisum retulit de Franch. decis. 214. At
37 illud præmittendum non est à tutore, vt causa proposita excusationis sit vera, non falsa, alioquin excusationis decreto lato ex causa falsa non obstante ab

ad-

administratione, & tutelæ periculo non erit liberatus; sed à tempore dationis tenebitur l. 1. C. si tutor, vel curator, l. diuus ff. de re iud. & C. si ex falsa causa per totum. Bar. in l. Seiæ egressæ ff. de tuto. & curat. dat. ab ijs, etiam si causa fuerit minus iusta in præiuditium minoris, ita per multa concludit Monta. c. 35. reg. 4. per totã. Quæ nota. Tan-
38 dem pro complemento rubricæ, quid dicendum si, dum quis se excusat, finitur tutela ob aliquam causam, an finiatur excusationis cognitio? Et dicas, quod non, vt ex euentu iuditij notum fiat ad quem pertineat periculum eius temporis, quo cessatum est, ita ex Balduino in §. sed si suspecti in vers. *extinguitur suspecti cognitio.* Inst. de suspect. tutor. dixit Monta. cap. 36. reg. vltima in fine. Hæc sufficiãt. Ioannes Paulus Galterius.

Vel acceptans solennia adimpleat. Rubr. Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij definitio.*

2 *Tutor ad conficiendum inuentarium morosus esse non debet.*

3 *Tutor inuentario non confecto ab ag'do remouetur.*

4 *Non dicitur posse, quod iure non possumus.*

5 *Inuentarij confectio regulariter omitti non debet.*

6 *Inuentarij remissio tutori à testatore facta, an attendenda?*

7 *Inuentarium in iuditio, & extra coram publico Notario fieri potest.*

8 *Modus describendi res in inuentario.*

9 *Rerum æstimatio an apponenda in inuentario?*

10 *Debitores, contra quos non est scriptura publica, an in inuentario describendi?*

11 *Res aliqua pupilli non debet omitti quin describatur in inuentario, & de fallentijs, & cautela seruanda in praxi.*

12 *Inueniri propriè dicitur, quod manibus apprehenditur.*

13 *Res deposita, vel commodata defuncto an describantur in inuentario?*

14 *Tutorem legitime inuentarium non conficientem iudex punire potest.*

15 *Ante inuentarij confectionem nec conuenire, nec conueniri poterit pupillus, & tutor; sed bene quadam expediet.*

16 *Inuentarium, cuius cum beneficio intenditur adiri hæreditas, qua forma fiat.*

17 *For-*

SOLEMNIA adimplenda per tutores sunt multa, quæ ponit glo. in l. tutor, qui repertorium in princ. vers. cum oportet, & in l. legitimos, ff. de admin. tut. de quibus est sigillatim discutiendũ.

Primum, solemne est confectio Inuentarij bonorum pupilli, de quo habetur in d. l. tutor, qui repertorium, vbi hęc adsunt verba. *Tutor, qui repertorium non fecit, quòd vulgò Inuentarium appellatur, dolo fecisse videtur, nisi fortè aliqua necessaria, & iustissima causa allegari possit, cur id factum non sit; si quis igitur dolo inuentarium*

l.si is §.fin. ff.eod.Mont.nu.121. Gutt.loc.cit. nu. 11. Amplia in vna tutela,& duabus curationibus,vel duabus tutelis,&vna curatione,siue curatia,vt à quarta præstent excusationẽ l. 2.§.hoc amplius,ff.eod.de excu.tut.Amplia tertio procedere excusationem à quarta non solum si onus duarum tutelarũ deferatur vni; sed etiam pluribus existentibus in vna domo, puta patri, & filio l.diximus §.fin.vbi Bart.ff. eod. Mont.nu. 125. vbi declarat id intelligi quoties periculum ad patrem insolidũ refertur, secus si alias l.1 & toto tituloC.quod cum eo. Amplia quarto,vt quis excusetur à quarta etiam pendente appellatione,& discussione tertiæ, quæ non administretur, vt scilicet pendente iuditio excusetur, & expectetur eius euentus, d.l. diximus ff.eodem. Montanus num. 228. vbi rationem videre poteris. Conclusionem vero supra ampliatam limita pluribus modis, &.

Primo non procedere in tribus tutelis, quæ essent paruæ, seu exigui patrimonij; nam à quarta immunitatem non præstarent l. Spadonem §. fin.ff.eodem.Limita secũdo non acquiri immunitatem ex tribus tutelis, etiam magni patrimonij, quando hæ,vel ex ijs vna esset honoraria,d.l.Spadonem §.ciuitatis; idem est si hæc superueniens sit honoraria, l. non tantum in princ. ff. eodem. Limita tertio non procedere, quando hæ tres tutelæ, vel vna essent affectatæ per tutorem d. l. Spadonem §. fin. affectasse autem dicitur,qui se tutorem ascripsit l.vxori §.1. ff. ad l. Cornel. de falsis. Mont. nu.130.cum seq. & contra affectantes inuehit Iodoc. de tut. mun.c.1. nu. 17.Ratio est,quia

Hoc portat leuiter, quod portat quisque libenter.

& ei qui oneri se sponte subiecit, succurrendum non est,l.2.§. fin. ff. si quis caution. Limita quarto, quando vna esset defunctoriè suscepta l. vnica C. qui numero tute. se excus.is autem defunctoriè suscipere dicitur, qui data opera se alicuius tutorem simulat, cum tutor non sit, & eã iudicis causa administrat, vt ea simulatione à noua excusetur, ita author qui ã de verb. signif. relatus à Monta. nu.135. Limita quinto, quando hæ tutelæ, vel vna ex ijs essent modico tempore duraturæ, puta quia infra sex menses finem accipere debent,vel infra eundem terminum illa, quæ de nouo conferri vult; non enim præstabunt immunitatem, d. l. non tantum, in princ. Limita sexto in liberto,qui nec respectu plurium tutelarum, nec liberorum se excusare potest à tutela filiorum patroni l.libertum §.si plures ff. de excusat.tut. l. libertas, C. eodem. Mont. cap. 35. num.

25.&

,& 26. qui nu. 32. sublimitat
eo,qui proprijs nummis fuis-
emptus, & manumissus d. l.
ertum §. qui propria, & in
o casu num. 33. Limita se-
imo, quando hæ tres tutelæ
ent vnius, vel duorum patri-
orum, non enim præstarent
munitatem à quarta, secus
rium, & ita habetur in d. §.
m tria onera, vbi Aret. in fine.
ontanus nu. 139. & nos supe-
is diximus.* adde. Limita octa
, & vltimo, in fideiussore tu-
æ, vt non computetur inter
era trium tutelarum l. Spa-
nem §. si ciuitatis ff. de excus.
tor. vbi Doctores, quos sequi-
r Guttier. loco cit. nu. 12.
Decimo excusatur quis si es-
infirmus, l. non solum §. fin.
eodem, ea tamen infirmitate,
nequidem suis posset superes-
negotijs, vt ibi habetur, idque
telligas ad tempus infirmita-
, & interim dabitur curator
l. non solum, & l. & non tan-
m, cum seq. ff. eodem de exc.
to. §. Item si propter aduer-
n, inst. eodem. Mont. nu. 145.
seq. Amplia in liberto infir-
o, vt supra, l. Titius. §. si tanta
de excus. tut.
Vndecimo excusabitur miles,
ed & milites, ff. eodem §. idē
st. eodem. Hanc autem immu-
tatem à tutela non intelligas
ocedere in milite existente in
litia, qui nec volens admitti-
r, vt d. §. idem & in milite,

propter publicum interesse, ne
distrahatur à militia, cuius fa-
uore multa sunt priuilegia à iu-
re concessa, vt toto tit. de
21 testam. milit. & alibi sæpè. Et
quidem Miles bonus dicitur
murus Imperij, defensor Patriæ,
gloriosa seruitus, & potestatis in
ditium Doct. in l. neque ff. de test.
milit. & per Bald. in l. militares
C. eodem, refert Monta. num.
185. At bene intelligas in Vete-
rano emerito, & dimisso à mili-
tia, qui licet possit dari tutor,
tamen poterit, se excusare, nisi
vocetur ad tutelam filiorum
conueterani, vel militis, l. vlti-
ma C. de excusat. vetera. d. l. sed
& milites, in princ. Sublimita
infra annum dimissionis, vt etiā
hoc casu excusetur. Item limita
nisi per prius tutela conuetera-
ni fuerat sibi delata; nam statim
eā nullo anno expectato reac-
cipiet. Item limita in filijs, se-
cus in nepotibus conueterani,
à quorum tutela excusabitur d.
l. sed & milites, Mont. vbi supra
num. 188. vbi qui Commilito-
nes, & Conueterani, & nu. 224.
dicit colonum Principis patri-
monialem excusari quoque, nō
sic fisci colonum, atque tempo-
rarium, per l. fin. C. qui dant tu-
to. & curat. Item excusari do-
cuit Mensores frumentarios,
idest, qui annonam publicam
admetiuntur l. 1. C. de condit.
in publ. horreis lib. 10. qui tamē
in Vrbe sunt, non in Prouincijs,

l. his oneribus §. 1. ff. de vacat. mun. l. mensores ff. de excus. tut.

Duodecimo & vltimo est is, qui est Bannitus ab Vrbe, & Patria sua d. l. sed, & milites §. scri-
22 bit autem. Qui bannitus vltra quod à tutela, & cura excusabitur, est etiam immunis, vt non teneatur petere tutores, & curatores minori eo quod propter bannum impeditur, Bal. in l. planè num. 4. ff. de excusat. tutor. Quæ quidem excusationum causæ, vt supra declaratæ, & versibus cõclusæ, describuntur etiã à Piag. q. 10. nu. 6. ac aliæ etiam à Mont. d. c. 35. vbi simul aduertunt habentem prædictas excusationum causas; vel ex ijs vnam non posse se propria authoritate tutela, vel cura exonerare; sed mediante decreto iudicis, quem adibis præsentato libello in hunc modũ concepto. *In tali Curia. Exponit N. N. ad sui notitiam deuenisse, quod N. N. testamento condito exponentẽ ipsum N. N. filijs suis, vel nepotibus tutorem reliquit, & fecit*, & hoc in testamentario; at in legitimo tutore dicas, quod *N. N. intestatus decessit, nullo relicto filijs superstitibus pupillis tutore, quibus ipse exponens est agnatus proximior, & eorum tutela à lege ad eum defertur*. Et in hoc, & datiuo dic, *ac fuit citatus, & monitus ab ipso iudice, & curia, vt veniat ad suscipiendum tutelam sibi delatam, & decretam, vel decernendam per Curiam N. papilli ex defectu testamentarij, vel legitimi tutoris*. & in omnibus libellis concludas. *Et quoniam datio, siue delatio nulla est, vel fuit, cũ Reuerentia, & si qua est, ipse habet iustas excusationum causas, cum scilicet habeat tot liberos, &c. sit senex septuaginta annis maior*, & sic de singulis; *ideo illas infra legitima tempora proponens se excusat, & petit ad prædictam excusationem admitti, & à dicto tutela onere sententia mediante declarari immunem, eam alijs deferendo, & pro validitate præsentis iudicij curatorem, vel tutorem destinari à pupillo ad præsentẽ causam instat, & ita eius indemnitati prouideri isto, ac omni meliori, &c.* Dixi in libello. *Quoniam datio fuit nulla*. Ex doctrina Bar. in l. qui testamento §. item quæro num. 6. ff. de excus. tut. nam quãdo inutiliter datus est quis, se confirmari permittere non debet, quia inde non posset se excusare, vt notatur in l. Caius ff. de excusat. tut. nisi confirmetur inuitus, quo casu etiam se excusabit. Bar. in l. scire etiam oportet §. qui autem d. titulo.
24 Piagg. q. 10. num. 8. Dixi, *iustas excusat. causas*, in numero plurali; nam rectè facit, qui plures allegat, nec sibi præiudicabit, si omnes non probauerit, cum vnam probasse sufficiat. Arc. in §. qui

qui autem *il primo* nu. 5. inſt. de excuſ. tut. Piagg. q. 10. nu. 3. & ſeq. & iuuat, quia, ſi ex propoſitis vnam non probauerit, poteſt alias probare infra inſtãtiam quatuor menſium, alias non audiretur ſuper non propoſitis infra quinquaginta dies, glo. in §. qui autem inſt. eodem, Mont. vbi ſupra reg. 3. nu. 4. Dixi *infra legitima tempora:* Nam non ſemper allegari poteſt excuſationis cauſa; Sed infra ſpatium dierum quinquaginta, Aret. in d. §. qui autem num. 4. Abbas conſ. 90. nu. 4. lib. 2. & eſt tex. in l. quinquaginta ff. & l. quinquaginta C. eodem de excuſat. tut. Ad proſequendam verò cauſam propoſitum excuſationis habet tutor quatuor menſes, in quibus illi quinquaginta dies connumerantur d. l. quinquaginta, glo. in d. §. qui autem, & tanto tempore durat inſtantia huius iuditij, qua elapſa, & excuſatione non inſtituta, & obtenta, ita videtur tutor tutelam, vel curam acceptaſſe, vt amplius ſe excuſare nequeat l. ſcire oportet §. ſcire autem ff. de excuſ. tut. & notatur in l. ſcire §. quinquaginta ff. eod. Piagg. vbi ſupra num. 2. quia taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, & iuditium l. cum quid ff. ſi cert. pet. & qui contrarium dicit, debet probare, vt per allegata à Caualc. nu. 95. Optimum tamen eſſe ſi ſe ab adminiſtratione abſtineat, dixit Curt. iunior conſ. 29. nu. 6. vol. 1. Piagg. q. 10. nu. 2. Mont. c. 35. reg. 3. Admouendi autem ſumus, quod illi quinquaginta dies ſunt continui, ideſt non attento, an regatur curia, vel non, an feſtum ſit, vel non, Mont. c. 35. reg. 3. nu. 2. Et in te-
27 ſtamentario incipiunt currere, quando fuit datus tutor purè, vel ſimpliciter à die aditæ hereditatis l. ſi nemo ff. de teſtam. tutel. ſi ſub conditione à die purificatæ conditionis. Bar. in l. ſicuti legitur nu. 19. ff. de leg. 1. Piagg. q. 14. in princ. Mont. vbi ſupra reg. 3. num. 16. & 20. vbi declarat quædam circa teſtamentarios, vt nõ ſit opus excuſatione, niſi confirmati fuerint l. 1. C. de teſtam tutе. & l. 1. C. de confirm. tuto. de quibus ſupra rubr. præced. num. 5. & ſeq. dictum eſt. In legitimo verò currunt ſtatim, atq; à lege defertur ſibi tutela, & cura, à quo etiam tẽpore de neglectis tenebitur, l. ſi ſororis, C. qui dar. tut. poſſ. Et in datiuo à die ſciẽtiæ, & notificationis factæ d. l. ſcire, §. ſcire autem, verum, quod non requiratur interpellatio, dixit per tex. in l. 2. ff. de ſtipulat. ſeruo. Mont. c. 32. reg. 4. & c. 35. reg. 3. num. 13. quod qualiter innoteſcat, ſufficit. Dixi in libello, *Decreto mediante,* quia in reuocatione iſtius tutoris dati, vel relicti requiritur decretum ſicut in conſtitutione,

Petrus

Petrus Duennas relatus à Caualc. num.196. reg. 187.nu.18. verſ decretum. Quod ſi non obſtante excuſationis cauſa tãquam non limitante fuerit decretum, vt exerceat, quod periculum currat ſibi à die, quo adminiſtrare debuit,dixit tex.in l. tutor. ff. de admin.tuto. Verũ quod poſſit ab hac ſententia nõ approbante excuſationem appellare, eſt tex. in l. 2.ff. de tut. & cura. datis ab ijs, *adde Gutier. c. 21. num. 33. cum duo-
28 bus ſeqq.Id vero, quod diximus de tutore, vel curatore deſtinãdo ad litem excuſationis paucis eſt notum, & ideo notabile in practica; nam ſi aliàs tutor excuſaueris decreto iudicis precedente, nihil ageres, & illud decretum annullaretur, & hoc ſeruandum eſt, quando nullum alium habet tutorem pupillus, quod ſi contutorem alium,tunc quidem, cum eo agendum eſt, & ſufficiet, ita habetur in l. ſolet,& in l.ſi quis alicui, §.ſi mãdatum,ff.mãdati, notatur in l.1. C.de tranſact.& Caſtr.conſ.302 n.5.lib.1.& hanc practicam eſſe per tutores, & curatores obſeruandam, dixit Matthesillan. ſing. 135. Nota practicam ſubdens circa hoc aduocatos ſæpe erraſſe. Aret. in §. deſinunt in princip. inſt. quibus mod. tute. finit.& tanquam vtilem cõmendat Gaſpar Caballus ad conſtit. March.lib.5.c.9.nu.7. referunt, & ſequuntur Piagg. q. 10. nu.7. Caualc. nu.191. Mont. cap.35. num.233. & quod interim temporarius detur pupillo tutor, qui tutelam gerat, dixit tex. in l. cum quidam ff de tutor.& curat. datis ab ijs, refert Monta. c.24. nu.14. & ſi non obtinebit, exercere cogendus eſt tutor, ſi vero obtinet, alius in eius locũ ſubrogandus, vt aliàs diximus per l. ſi quis ſub conditione, ff.
29 de teſtam. tutela. Pariter ſi ſe non excuſat,nec gerit,quod cogatur à iudice ex officio extra ordinem præuia ſatiſdatione, iuramento, & inuentarij confectione, dixit Monta.c.32.reg.4. num.7. per tex. in l. 1. vbi glo. in verſ. *extra ordinem*, & l. ita autem §. geſſiſſe, & §. ſi quis, ff. de adm. tutor. & quod ceſſans legitimare perſonam ſuam, & adimplere ſcienter, ceſſet ſuo periculo, cum per eum ſteterit per multa num. 8. Sed hic eſt ſciendum, quod ſi faciliter tutor à tutela, & cura nondum ſuſcepta ſe excuſare poſſit, ſu-
30 ſceptam tamen regulariter nõ dimittit per rationem, quam affert Dyn. in l. 1. in princip. ff. de admin.tuto.Dixi regulariter quia ſunt certi caſus,quibus dimittere non prohibebitur,quos eſt videre per glo. in l. verum, §. ex facto, verſ. deponere.ff.de
31 minoribus. Vlterius annotare nos oportet, quod excuſationẽ iuſtam habens adeo excuſatur, vt

ad tutelam liberorum fratris
gi non poſſit, l. iuriſperitos,
qui priuilegio, ff. eodem de
cuſa. tut. & licet ſuſceperit
iam tutelam voluntariè, quod
aliam non cogatur, habetur
l. voluntaria, C. eodem, &
uòd acta excuſationis compi-
ta inter tutorem, & pupillum
per ſe ſine alio proceſſu, non
roſint eidem tutori dato alte-
pupillo; ſed opus ſit nouo
roceſſu, nouaq; excuſationis
legatione, vel veteris adhuc
urantis reproductione, dixit
areconſ. in l. 1. §. qui excuſa-
ionem. ff. de vacat. munerum,
& nos infra num. 35. Aduerten-
um inſuper eſt, quod ſi à iudi-
e cõſtitutus fuiſſet in caſu per-
iſſo tutor aliquis, qui non eſ-
et de agnatis, vel de propin-
uis, & agnatus, vel in gradu
roximior petere conſtitui tu-
or amoto in gradu remotiore
ixta tradita à Corneo cõſ. 210
n fine vol. 3. ab Alex. conſ. 141.
ol. 1. & à Bar. in l. ſi impuberi
um. 5. ff. de tut. & cura. datis ab
s, debet is proximior agnatus
ltra quatuor menſes à die ſciẽ-
iæ hoc proponere iudici; aliàs
icto tempore elapſo ampliùs
on audiretur, Bar. & Salyc. in
uth. presbyteros la ſeconda,
. de Epiſcop. & Clericis, l. tu-
or ſi petitus, ff. de tutor. & cu-
at. dat. ab ijs, & allegati à Ca-
alc. nu. 200. Niſi tamen agna-
us, vel proximior eſſet mater,
vel auia, quas vltra quatuor mẽ-
ſes audiri docent, Bal. in d. auth.
presbyteros, & Dec. conſ. 16.
num. 7. quod tamen tutum vbi
ſupra Caualcan. non putauit.
* adde, refert, & ſequitur plures
allegans Gutt. p. 1. c. 21. n. 37.

Sed iuxta præmiſſa Quæro.
Quidam tutor datus iuſtam à
tutela excuſationem nõ habet,
eſt ne cauſa aliqua, vel remediũ,
vt inuitus tutelam, vel curam
ſuſcipere non cogatur? Barto.
33 Cepolla caut. 16. dicebat, quod
ſic procurando .ſ. vt nullus pro
eo fideiubeat ſi ſit legitimus tu-
tor, vel datiuus ſine inquiſitio-
ne; hæc autem cautela non vi-
detur probanda, quia malitijs
hominum non eſt indulgendum
l. in fundo, verſ. neq; enim, cum
ſimilibus, ff. de reiuend. maximè
quando ad eſſent aliquæ circũ-
ſtantiæ, puta quia tutor iſte ha-
bet aliqua bona, quo caſu debet
detineri carceratus tãdiu, quã-
diu fideiuſſores non inuenerit,
ne pupillus indefenſus rema-
neat, & quilibet hoc caſu fide-
iuſſor eſſe poterit, ſi tutor ha-
beat tantum in bonis ſuis, quã-
tum pupillus, fideiuſſor enim
idoneus ille dicitur, qui ipſe, vel
eius principalis tantum habet
in bonis, quantum eſt debitum
cum fructibus, ita per doctr.
Soarez, & aliorum dixit Caualc.
num. 129. Piagg. q. 9. nu. 9.

Item quæro. Tutor teſtamẽ-
34 to datus ſe ſe à tutela excuſat,

an

in legatum eidem in d. testamento factum amittat, vel fortè exactum restituat? Et dicas, quod sic. Doct. in l. si legatarius, C. de legat. & l. qui tutelam, ff. de testam. tutela, Beluisius in §. his igitur, in auth. de hered. & Falcid. & allegati à Caualc. qui id tenet num. 190. Papien. in forma libelli, quo agitur ad reddend. ration. glo. suos tutores, Piagg. q. 13. in princ. & non solum legatum factum sibi, sed filijs relictum contemplatione patris, secus si propria contemplatione filiorum, d. l. qui tutelam. Quod licet Ruyn. cons. 38. nu. 3. & cons. 49. num. 4. intelligat, si legatum factum sit, vt tutelam susciperet, secus si omnino relicturus erat illud testator, & quòd omnino relicturus videtur, si vel côiunctę personæ, vel vxori legauerit, per l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excusa. tut. cap. requisisti de testam. l. cum alienam. C. de legat. & Ang. cons. 166. Tamen cum prima opinione, & indistinctè tenuerunt Dec. côs. 192. num. 4. & cons. 187. num. 1. & 2. Roma. cons. 235. nu. 1. Bal. cons. 356. lib. 4. Castren. cons. 337. lib. 1 & Galli ad Dec. d. côs. 192. quos omnes refert, & sequitur Mont. c. 9. à num. 26. vsq; ad 29. & n. 31. * adde. Videtur sentire Menoch. lib. 4. pręsump. 124. dum reprobat coniecturas allatas à Ruyno vbi supra, & quarta coniectura num. 12. limitat hoc non procedere, quando testator constituit tutorem eum, qui tutor esse nequit, eiq; legauit, vt minori vigintiquinque annis de iure communi, & decem, & octo de iure Regni, is enim, cum legatum non pręsumatur factum ob tutelam, licet eam non administret, consequitur legatum ex Bar. in l. penul. C. de legatis Bald. cons. 357. col. 1. vers. primo casu lib. 1. Ang. d. consil. 84. num. 9. & l. ab administratione C. de leg. & nu. 8. ex pluribus, Menoch. vt huic pœnę amissionis legati sit locus, requirit, quod tutor ipse fuerit monitus, & interpellatus ad hoc, onus suscipiendum iuxta auth. hoc amplius C. de fideicomm. & tandem vide circa hęc Gutt. p. 1. cap. 22. per totam. extendit id ad eum, qui etiam si apertè non renuit tutelam suscipere; tamen in notabili mora fuit, & interim pupillus decessit, per d. cons. Angeli 166. vers. tertius casus. * adde. Amplia in tutore legatario non administrante, nec se excusante, vt per Gutt. vbi supra num. 9. nisi tamen legatum fuisset ex causa alimentorum, tunc enim non procedere, quod prædiximus, astruit idē Monta. ex d. cons. Ruyni 38. lib. 2. & cap. 32. reg. 5. num. 118. * adde, & Guttier. loco cit. c. 22. num. 4. & num. 6. Sublimitat in vxore, cui fuissent legata alimenta

a cum onere habitandi cum fi-
ijs impuberibus, quia onus
dictum fauore filiorum: vnde
na filia nubente,& altera mor-
ua extinguitur legatum, ſecus
n vxore nouerca, vt per eũ n.7.
Limita ſecũdo præmiſſa in eo,
qui etiam ſi vellet, nequiret ad-
niniſtrationem aſſumere, puta
ob militiam, vel aliam legitimã
cauſam d. l. ab adminiſtratione
C. de legat. & plures ad hoc ci-
tat Guttier. d. c. 22. nu. 10. vbi
extendit in clerico, qui adhuc
miles eſt,& rationes quæ ſunt in
milite, in eo conſiderabiles sũt.
Limita tertio, quando lega-
tum eſſet factum cum hoc one-
re conſanguineo; tunc enim
magis conſanguinitatis, quam
oneris iniuncti ratione legatũ
factum præſumitur,l.tutor peti-
tus. §. 1. incip. quæ tutoribus, ff.
de excuſ.tuto. Couar. de teſtam.
c. 10. n. 3. Gutt. vbi ſupra nu. 12.
Quarto limita qñ legatũ fa-
ctũ cũ dicto onere alicui eſſet re
ſtituendum l. amitiſſim. ff. de ex-
cuſ. tutor. Gutt. vbi ſup. nu. 13. &
Rom. ab eo citatus conſ. 235.
Quinto limita in ſubſtituto
pupillariter, qui licet amittat
legatum, non per hoc repelle-
tur à ſubſtitutione facta per te-
ſtatorem legantem cũ adiuncto
onere tutelæ, Gutt. d. loc. nu. 15.
Sexto, & vltimo limita in
tutela datiua, à qua licet quis
ſe excuſet non tamen amittit
legatum ſibi factum à teſtatore,
abſq; d. onere, l. ex ijs apparet, ff.
de excuſ. tut. Gutt. vbi ſup. n. 16.
Pariter quæro quid dicendũ.
Quidam relictus eſt tutor duo-
bus diuerſis pupillis, ſi fuerit ex-
cuſatus aliqua cauſa decreto
mediante ab vna tutela, an di-
catur quo ad reliquam excuſa-
tus? Dicas quòd non ex dictis
ſupra num. 31. & quia ex ſepa-
ratis non infertur, vnde alio iu-
ditio opus erit, l. duobus pupil-
lis ff. de teſtam. tutela. Vlte-
rius pro intelligentia huius ru-
36 bricæ. Quid ſi vno ex pluribus
tutoribus teſtamentarijs excu-
ſato, remanente alio, inſtet ma-
ter pupillorum alium contuto-
rem dari in locum excuſati, vel
ipſi deferri tutelam? Dicas in
arbitrio iudicis eſſe an velit aliũ
in locum excuſati ſubrogare
per tex. in l. ſi quis ſub conditio-
ne, ff. de teſtam. tute. l. potuit,
& l. licet, C. in quibus cauſis tut.
habenti. Socc. conſ. 193. col. 1. 2.
vol. qui iudex arbitriũ ſuum re-
gulabit ex qualitate tutoris, qui
remanſit, quantitate, & qualita-
te patrimonij, quod cognoſci-
tur ex exhibitione, & lectura
inuentarij, & ſi videbitur pupil-
pillus alio egere tutore, dabi-
tur, & ita in S. Conſil. deciſum
retulit de Franch. deciſ. 214. At
37 illud præmittendum non eſt à
tutore, vt cauſa propoſita excu-
ſationis ſit vera, non falſa, alio-
quin excuſationis decreto lato
ex cauſa falſa non obſtante ab
ad-

administratione, & tutelæ periculo non erit liberatus; sed à tempore dationis tenebitur l. 1. C. si tutor, vel curator, l. diuus ff. de re iud. & C. si ex falsa causa per totum. Bar. in l. Seiæ egressæ ff. de tuto. & curat. dat. ab ijs, etiam si causa fuerit minus iusta in præiuditium minoris, ita per multa concludit Monta. c. 35. reg. 4. per totã. Quæ nota. Tan-
38 dem pro complemento rubricæ, quid dicendum si, dum quis se excusat, finitur tutela ob aliquam causam, an finiatur excusationis cognitio? Et dicas, quod non, vt ex euentu iuditij notum fiat ad quem pertineat periculum eius temporis, quo cessatum est, ita ex Balduino in §. sed si suspecti in vers. *extinguitur suspecti cognitio.* Inst. de suspect. tutor. dixit Monta. cap. 36. reg. vltima in fine. Hæc sufficiãt. Ioannes Paulus Galterius.

Vel acceptans solennia adimpleat. Rubr. Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij definitio.*
2 *Tutor ad conficiendum inuentarium morosus esse non debet.*
3 *Tutor inuentario non confecto ab agẽdo remouetur.*
4 *Non dicitur posse, quod iure non possumus.*
5 *Inuentarij confectio regulariter omitti non debet.*
6 *Inuentarij remissio tutori à testatore facta, an attendenda?*
7 *Inuentarium in iuditio, & extra coram publico Notario fieri potest.*
8 *Modus describendi res in inuentario.*
9 *Rerum æstimatio an apponenda in inuentario?*
10 *Debitores, contra quos non est scriptura publica, an in inuentario describendi?*
11 *Res aliqua pupilli non debet omitti quin describatur in inuentario, & de fallentijs, & cautela seruanda in praxi.*
12 *Inueniri propriè dicitur, quod manibus apprehenditur.*
13 *Res deposita, vel commodata defuncto an describantur in inuentario?*
14 *Tutorem legitime inuentarium non conficientem iudex punire potest.*
15 *Ante inuentarij confectionem nec conuenire, nec conueniri poterit pupillus, & tutor; sed bene quadam expediet.*
16 *Inuentarium, cuius cum beneficio intenditur adiri hæreditas, qua forma fiat.*

17 *For-*

Forma libelli circa hæreditatis aditionem per pupillum facienda cum beneficio legis, & inuentarij.

Tutor vtilia agere, & inutilia pupillo prætermittere iurabit.

Pupillum defendere promittet cum iuramento tutor.

Promissio isthæc quid importet.

Tutor tenetur regulariter præstare satisdationem rem pupilli saluam fore, & de ratione nu 22. & de ampl. & lim. nu. 24. 25. & 26.

Satisdatio an præstari possit alibi, quàm in loco tutelæ decernendæ.

Magistratus tenebitur pro satisdatione non accepta à tutore in casu requisito, & qualis non teneatur n. 26.

Mater, & auia tutelam assumentes, ad quæ teneantur.

Mater circa administrationem an gaudeat priuilegio ne teneatur, nisi quoad facere potest?

Administratio bonorum pupilli a iudice regulariter decernenda est.

Testatoris voluntas vti lex seruanda.

Si ex pluribus tutoribus vnus administrationem sibi decerni petat, an alij contutores citandi?

Forma libelli circa administrationis decretationem.

33 *Forma decreti administranis.*

34 *Plures dati tutores insolidū dati censentur.*

35 *Vnus ex pluribus administrare volens quid faciet.*

36 *Facilius negotium per vnū, quam per plures exercetur.*

37 *Diuisio administrationis bifariam fit, & operatur, vt alter pro alterius administratione regulariter non teneatur.*

38 *An obtinens à testatore administrationē semper exerceat?*

39 *Tutor honorarius habebit oculos ad contutorem administrantem solum.*

SOLEMNIA adimplenda per tutores sunt multā, quæ ponit glo. in l. tutor, qui repertorium in princ. vers. cum oportet, & in l. legitimos, ff. de admin. tut. de quibus est sigillatim discutiendū.

Primum, solemne est confectio Inuentarij bonorum pupilli, de quo habetur in d. l. tutor, qui repertorium, vbi hęc adsunt verba. *Tutor, qui repertorium non fecit, quòd vulgò Inuentarium appellatur, dolo fecisse videtur, nisi fortè aliqua necessaria, & iustissima causa allegari possit, cur id factum non sit; si quis igitur dolo inuentarium*

non

non fecerit, in ea conditione est, vt teneatur in id, quòd pupilli interest, quòd ex iureiurando in litem æstimatur: nihil itaque gerere ante inuẽtarium factum eũ oportet, nisi id quod dilationẽ, nec modicam expectare possit. * Sequuntur * adde. Manz. 3.q. 3. q. princ. nu. 3. vers. quarto Gutt. par. 2. cap. 1. in princ. relati per Piagg. q. 7. nu. 6. vbi si plures sunt tutores, vel curatores, omnes conficient sibi inuentarium, sibique imputent, qui non conficiunt, non enim cogentur tutores ad dandum sibi copiam, allegat Bar. in l. actus ff. de admin. tut. ego vero adduco Roland. à Valle in suo tract. de inuentario par. 1. à q. 38. vsque ad tertiam partem, vbi ampliationes multas adducit * adde. * Guttier. part. 2. cap. 1. num. 16. Mont. cap. 32. regula 6. in principio, vbi de communi testatur, quod iuretur in litem, & ponit octo ampliat. & septem declarationes limitatiuas * adde. ampliat in tutore honorario, & * dato causa notitiæ, & ad vnum articulum tãtum, vel ad adeundum hæreditatem Guttier. vbi supra nu 53. cum seqq. Rationes autem tres, quibus inductũ fuerit inuentariari bona pupilli per tutorem, in medium attulit Iodocus de tut. mun. c. 2. nu. 24. Prima, vt omnis vitetur macula, omnisque fraudis tollatur suspitio. Secunda ne pupillorum, adultorumque bona, seu substãtiæ tẽporis lapsu decrescãt, aut in vniuersum dispereãt, & ignoretur. Tertia, vt tutores loco, & tempore cõgruis fidelem suæ administrationis rationem, & reliqua reddere possint, ex Cyno, & Bar. in l. sancimus la seconda §. omnem autem dubitationem C. de admin. tutor. & ex Masuero in practica in tit. de
1 tutor. & curato. Quod quidem Inuentarium (sententia nostra) ita poterit definiri, Vt sit *Omnium rerum in bonis pupilli inuentarium opportuna, publica, ac legitimè in tutore facta descriptio*. *Descriptio* stat loco generis, cætera loco differentiarum. Declaremus modo verba definitionis, ex quorum declaratione inuentarij conficiendi forma, & omnia ad illud requisita patebunt. Dixi *descri-*
3 *ptio oportuna.* scilicet quod ad tempus: Tutor enim non debet esse morosus ad illud conficiendum, sed quamprimum poterit conficiat, & mox quam creatus fuerit, ita tex. in l. tutores la seconda C. de admi. tutor. facit l. hæc conditio ff. de condit. & demonstr. & tenuit Bar. in d. l. tutor qui nu. 6. Rolãd. in d. tract. de inuent. par. 1. q. 38. nu. 2. & p. 3. vers. postquam nu. 3. Iodocus de tuto. munerè c. 4. nu. 1. Monta. per multa c. 32. reg. 5. num. * 29. cum seq. * Guttier. p. 2. c. 1. n. 10. vbi de comm. opin. testatur.

Et

Et in hoc aduertas tutor, quòd si adest mater pupillorum tuorum, tempore mortis testatoris cures benè custodiri domũ, ianuas, atq; fenestras, & perquiri fęminas ingrediẽtes, & egredientes, ne extrahantur pupillorum bona, & si fieri potest, eadem die qua defunctus est, & sepultus testator cõfici studeas inuentarium ad hoc, vt subtractionis occasio tollatur, ab experto ediscas experientia, quæ fecit me magistrum, arg. c. quã sit de electione. Quod inuentarium si tutor non fecit, *dolo fecisse videtur*, inquit tex. & sic est in dolo præsumpto, qui non est sufficiens ad remouendum ipsum vti suspectum, nisi administret, Bar. vbi supra num. 7. remouebitur tamen ab agendo, ita, quicquid Abbas in c. ex tenore num. 5. de temp. ordinan. tenuerit quòd, vt agat, satis sit si incæperit, licet nõ perfecerit, dixit glo. vbi supra, & Piagg. q. . num. 10. * adde. Et sunt plures adducti per Guttier. p. 2. c. 1. num. 77. licet cum Speculat. & abbate ipse pertranseat, & ꝙ sufficit si exhibeatur copia tutelæ decretæ, & administrationis, absq; inuentarij copia pro suæ personæ legitimatione nu. 78. & 79. Et ideo non expedit, ut aliquid agat, vel administret ante illius confectionem, d. l. tuto, quinimo nullatenus debet ad administrationem accedere, nec vllam communionem rerum pupilli sibi vendicare, vt expressius iussit Imperator in l. fin. §. illo, C. arbitr. tute. alias quasi suspectus ab officio suo est remouẽdus, & ei administratio interdicenda, & si vehemens sit suspitio furti, & subtractionis carceribus est mancipãdus l. 3. §. tutores, ff. de suspect. tutor. & perpetuæ infamiæ obnoxius, d. l. fin. §. illo, Iodoc. c. 3. nu. 3. de tut. mun. * adde, Manzin. 3. q. 3. q. princip. nu. 7. Guttier. vbi supra nu. 57. & nu. 58. quod gesta ab eo ante inuentarij cõfectionem sunt ipso iure nulla, & de communi opinione docet. Pariter si ante illius cõfectionẽ, vel satisdationem præstitam in casu suo, crediderit pecuniã pupilli in diem, ante cuius aduentum fuerit finita tutela, & ratio reddenda, licet alias expectandus sit dies, & pecunia illa statim exigi non debeat à debitore, vel tutore; tenebitur hic tutor statim creditam pecuniam soluere, l. si tutelæ, ff. de admin. tut. Verum, quia non
4 dicimur posse, quod iure non possumus, arg. l. Proculo, ff. de verb. signific. videndum est an ante aditam hæreditatem illud conficere debeat? Et dicas, ꝙ sic, & si sumus in tutore testamentario existentia sui hæredis operatur, vt possit per tutorem fieri inuentarium, in quo prius describatur ius se se immiscen-

præiudicium, teste Baldo in l. fin. §. cum igitur C. de iure deliber. licet secus si præiudicaretur legatarijs; illud enim testatoris voluntatem non impediret, quia illis potuit non legare. Castren. in d. l. nemo potest, tradit Alex. cons. 82. nu. 25. lib. 2. Piagg. vbi supra num. 17. Vel quando extaret suspitio, quòd tutor, & curator pupilli, vel minorum res supprimerent, Bal. in d. l. fin. C. arbitr. tute. Ang. cons. 114. Piagg. vbi supra nu. 18. Dixi in definitione *Publica*, quoniam inuentarium publicè fieri debet d. l. de creationibus, secundo coràm publicis personis; vel coram officiali, & actuario; vel (id quod sæpius contigit) coram Notario, & iudice regijs, atque testibus ad hoc vocatis specialiter, & rogatis, ita tex. in d. l. tutores *la seconda* C. de admin. tuto. Bar. in d. l. tutor num. 8. & licet videatur concludi à Bald. in l. facultas C. de iure fisci lib. 10. quod requiritur decretum iudicis, quod fiat coram eo in iudicio; tamen notoria hodierna Practica aliter docet, vt etiam extra iuditium fiat, quæ processit, ex doctrina Bar. ibidem, sequuntur Rolan. de inuen. par. 3. vers. Notarius & vers. Quia, ac vers. Presentia. Iodoc. c. 3. num. 30. nisi contraria secundum ipsum sit consuetudo: Monta. c. 32. reg. 5 nu. 36. tenet Præses de Franch. in decis. 206. vbi alternatiuè loquitur, aut à Notario, vel actuario coram iudice. Quam Deci. notaui alias contra Capitaniũ terræ Roggiani volentem lucri causa interuenire me, atq; alijs contutoribus inuitis in confectione inuentarij bonorum Ioa. Vincentij de Grauina, quod nos confici curabamus per Notarium publicum * adde Manz. vbi supra, allegat inter alia Guido Papa q. 539. & clarũ §. testamẽtum q. 66. vers. sed quid si testator. Et quod hoc inuentarium diuersis diebus, & mensibus, nõ vnico contextu de necessitate, fieri possit, docuit Rolan. par. 3. vers. nunquid fol. mihi 60. * adde, & quod ita sit de consuetudine, quæ seruanda est quantum ad tutorem, vel curatorem obligandũ ex pluribus docuit Gutt. p. 2. c. 1. nu. 81. cum tribus seqq. Est tamen verum, quod adhuc ita confectum à Notario, in iuditio videtur fieri, cum soleat præcedere decretum iudicis ad instantiam petentis sibi decerni tutelam, quod *adimpleat adimplenda*, & sic inuẽtarium, ac cætera solemnia, & aliquando subsequi facto inuentario extra iuditium, quod *stante quod fecit inuentarium decernatur sibi tutela adimpletis prius per tutorem alijs de iure adimplendis*, & consequenter hoc decretum inuẽtarium iam factum approbare videtur, quod ab eo decre-

to suscipit vires, cum decretum subsequi, & precedere possit, Bal. in l. fin. C. de magistr. conuenien. allegatus à Rolan. p. 3. vers. postquam visum fol. 67. in paruis. Dixi *legitima descriptio*;
8 quia debet fieri secundum legis dispositionem. Modus verò traditus est nobis in l. si quis intra C. de bonis proscript. & in d. l. tutores la seconda, vt describãtur stabilia explicando quod sit ruris spatium, vel ingenium, quid incultum sit, aut colatur, quid in vineis, oliuetis, aratorijs pascuis, syluis fuerit inuentum, quæ etiam gratia, & quæ amœnitas sit locorum, quis in ædificijs, ac possessionibus sit ornatus, quotue mancipia in prædijs vel vrbana, vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta, quot sint censuarij, vel coloni, quot iuga boum, quot pecorum, & armẽtorũ greges, & in qua diuersitate numerati sint; quãtũ auri, & argẽti vestiũ, ac moniliũ, vel in specie, vel in pondere, & in quibus speciebus, quidué in apothecis sit repertum: ac etiam debet continere notam omnium instrumentorũ, & sic omnes res corporales, & incorporales, taliter tamen, vt ex eo tutor conueniri possit, l. vltima, C. arbitr. tute. l. neminem, C. de suspect. tuto. Quam legem Siquis intra habere locũ in inuẽtario tutoris, & curatoris docuit Roland. par. 3. vers. item requiritur fol. 55. Verum quia tex. in l. fin. C. de magistr. conue. vbi Bar. notat, videtur innuere, quod debeat in inuentario describi æstimatio, & valor re-
9 rum, vidẽdũ est an hoc sit verũ? Rolã. p. 3. vers. omittendũ videtur concludere, quòd sit apponenda æstimatio, hanc opinionẽ tenet etiam Iodoc. de tut. mun. cap. 5. num. 73. sed cum in practica aliter seruari videamus, ego dicerem ex Bal. in d. l. fin. num. 2. quòd vbi non apposita æstimatione posset generari incertitudo, circa ipsas res mobiles potest ipsa æstimatio apponi; sed ad hoc tutor, quia decipi posset, non cogitur; verum describet cum circumlocutionibus, quibus possunt, & d. l. fin. loquitur de æstimatione rerum
* singularium, * adde. Et quod de consuetudine non sit apponenda æstimatio rerum censuit Salyc. in d. l. fin. & Gregor. Lopez allegatus à Guttier. p. 2. c. 1. n. 95. & nu. 96. existimauit quod res, quæ pondere, numero, & mensura consistunt, antequam describantur, debent numerari, ponderari, & mẽsurari, vt sciatur certum pondus, numerus, ac mensura, non tamen taxabitur eorum valor. Dixi *Rerum*. intelligas tam corporalium mobilium, puta auri, argenti, pannamentorum, frumenti, ac aliorum supellectilium, & se se mouentium, vt animalium d. l.

si quis

i quis intra, & l. mouentium, ff. de verb. sign. ac etiam stabilium describendo loca, latera, & confinia, signa, qualitates, & membra, arg. l. si rem, ff. de reuend. l. in actione, ff. de furtis Bar. in d. l. tutor n. 12. confinia autem non minus, quam duo, Roland. de inuent. par. 3. vers. pariterq; fol. 54. cum tribus sequentibus versiculis. Quã incorporaliũ, pro vt sunt iura, & actiones contenta, & contentæ in instrumentis, ac nominibus debitorum, d. l. tutores. Et instrumenta quoque describat summatim, quid contineant, nõ per extensum iuxta totalem tenorem, Bar. vbi supra nu. 16. arg. l. scire, ff. de legibus, & ita obseruari, prout realiter seruatur hodie, dixit ibidem, sequitur Monta. c. 32. reg. 5. num. 75. vsque ad 80. Hinc si sunt aliqui * debitores pupilli, contra quos instrumentum validum non reperitur, quo tutor exigat, non describat aliud, nisi notulam illam, exacta verò, vel describi faciat in inuentario, vel melius in libro rationum conficiendo, in acceptorum parte, tanquam res de nouo obuenientes, l. finali §. tali, C. de curat. furioso. Bar. in d. l. tutor. n. 11. Dixi, *Omniũ*, quia tutor nullam debet ex rebus pupilli scienter omittere in inuentario describendam, aliàs dolo facere regulariter videtur l. tutores la seconda, C. de adm. tuto. & vt de subtractione suspectus remoueri debet secũdum allegata à Montano d. c. 32. reg. 5. num. 40. & seq. vbi etiam quod tenebitur ad interesse * Guttier. p. 3. c. 1. nu. 23. & 24. familiaris meus Calà in suo tract. sæpius allegato, glo. vnica §. 2. q. 115. nu. 462. nisi apponat clausulam illam salutarem videlicet, *& protestatur tutor ipse, quod si alia bona, quã descripta ad eius notitiam peruenerint, quæ sint pupillorum, ea præsenti inuentario inseri curabit, vel libro rationum.* Guttier. vbi supra nu. 9. p. 3 c. 1. 76. Sed id postea seruabit, ac exequetur, alias tenebitur protestatione, vti contraria facto, nõ obstante, arg. c. solicitudinem de appellat. & c. olim causam de censibus, per quæ ita Iodoc. vbi supra num. 14. * adde, quæ clausula apponetur quoque in inuentario conficiendo per hæredem addendo, quod si inuentario præsenti describet, quæ non sint de hæreditate, hæredi ipsi præiudicium non generetur; sed veritate, vti possit, & indebitè apposita tollere, ac detrahere quandocunque, & quotiescunque talia reperientur, & ad eius notitiam deuenerint, ita Guido Papa in tract. de inuen. num. 1. Dixi regulariter, vt excludam dolum, quando aliqua esset causa cur non apposuit, & descripsit, vt quia res illæ erant

sibi occultæ, Bar. in d. l. tutor n. 15. in fin. Piagg. q. 7. n. 8. Gutt. vbi supra n. 34. Pariter si omisit describere res modicas secũdũ Bal. ad Specula. de instrum. editione §. dicto. Item si aliquo bono animo id faciat, & inde in libro rationum (vt dicebamus) apposuerit, vt habetur apud Crauett. consil. 275. num. 12. Monta. vbi supra reg. 6. nu. 12. * adde. Item consuetudo non conficiendi inuentarium, quæ probaretur etiam per actus extraiudiciales Guttier. vbi supra nu. 32. & 33. item voluntas testatoris l. fi. §. ꝓcul dubio C. de tutel. Guttier. nu. 35. vt quia intuerit, vel remiserit inuentarij confectionem, quod tamen tunc debet fieri descriptio, & annotatio ad faciliorem probationem, & quod in casibus quibusdam iudex testatoris voluntatem sequi non teneatur discutit Guttier. vbi supra nu. 38. cum pluribus seqq. & nu. 46. ampliat in iudice, vt ex causa possit inuentarij confectionem remittere, puta si expedierit pupillo non habere tutorem, vel patrimonium non manifestari. Quod vero inuentarium tutoris iuuet pupillos, vt dicantur adijsse hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij concludit post lõgam dispositionem Gutt. loco citato a nu. 49. vsque ad nu. 51. Dixi *Inuentarum*, quia reperta in bonis pupilli debent describi, hinc inuentarium, & repertorium huiusmodi descriptio dicta est. Et cum inuenire propriè dicatur id, quod manibus apprehendi potest, l. si Barsatorem C. de fideiussor. & §. item lapilli Inst. de rer. diuisio. sequitur secundum Bart. in d. l. tutor num. 11. quod tutor non debet describere debita pupillo absque instrumentis, cum ea nec inueniantur, nec manibus comprehendantur, vt supra dicebamus; ideo non debet conficere inuentarium dicendo talem, & talem rem esse in bonis pupilli; sed inuenisse, vt possit reconueniri ad reconsignandum, vt per Bar. in d. l. tutor. num. 13. vers. Quæro nunquid. Socc. consi. 59. in princ. Quæ reconsignatio per solam scripturam probatur, teste Bal. in l. testium nu. 2. vers. & hoc consuluit C. de testibus, ac cæteris relatis à Marcello Calà in d. glos. vnica §. 2. de probat. * Bar. in l. tutor, qui repertorium num. 10. & alij citati à Guttier. vbi supra nu. 30. facienda per script. nu. 1543. Dixi *In bonis pupilli* quia tutor non tenetur describere in inuentario debita à pupillo creditoribus, quia illorum ius non est res pupilli, sed creditorum arg. tex. in l. vltima C. de alimentis pupill. præstan. non tamen Bart. prohibet tutorem, si velit, describere. Vlterius dixi. *In bonis pupilli* ad differentiam bonorum

alterius,

alterius, quæ describi non debent, & si describantur præiudicabit tutori, vel quia præsumentur realiter esse pupilli, vel eadem pupillo fuisse donata. Socc. vbi supra, & habetur in d. l. fin.C. arb. tute. * adde, sed an admittatur probatio in contrarium tradit Alciat.de præsump. par.2.nu. 11. allegatus à Manz. vbi supra nu. 7. & Menoch. lib. 1. præsumpt. q. 61. num. 2. vbi quod sit per confessionem factã à pupillo effecto maiore dicente coram iudice ea bona ex errore descripta fuisse, & plura de descriptione in inuentario bonorum suorum, vel aliorum refert Menoch. lib. 6. præsumpt. 97. quem sequitur Guttier. par. 1.c. 1.nu.102.& seqq. vbi quod potest probari de errore in scribendo, & agitur de limitat. d. l. fin.C. arb.tute.& nu.108.extendit ad confessionem tutoris factam in scriptura priuata ex Decio l. singul. nu. 8. ff. si cert. pet.Socc.senior cons.159. nu.2. lib. 2. & Menoch. d. præsumpt. 97. nu. 4. quod verò tertio non præiudicet, dixit Afflict. decis. 124. num. 14. Rolan. verò in d. tract. de inuent. p. 3. vers. ponendæ fol. mihi 54. tenuit res alienas depositas, vel commodatas in inuentario esse describendas, quia pupillus hæres potest conueniri ad has res restituendas petitione hæreditatis allegat l. non tantum in princ. ff.de petit.hæred. & Dec. consil. 633. ac alios multos docto. quos vide. * adde sequitur nouissime plures adducens Guttier. p.2.c. 1.nu. 97. & 98. nisi ita notoriè constaret alienas esse, vt nulla tergiuersatione negari posset sine aliquo iure eas pupillum detinere. Dixi à tutore ad differentiam inuentarij, quod fit à curatore de bonis pupilli, vel minoris in casibus permissis, de quibus supra, & inferius patet doctrina.

14 Quod si iuxta præmissam obseruationem inuentarium factum non fuerit, iudex pluribus tutorem pœnis afficere poterit. Primo subijcere valebit tutorem torturæ, si hæreditariæ res, in quibus institutus est pupillo, non reperiantur. Rom.cons.118.nu.3. Piagg.q.7. nu. 10. * adde. Quod in matre non putat verum Guttier. p. 1. c. 1. nu.15. sed quod ea tantum incidat in suspitionem furti rerum hæreditariarum pupilli lege ita presumẽte §. sancimus in auth.de hęred.& falcid.quę probatio resultans ex dicta præsumptione iuris est liquidissima glos.in l.sicut C. de periculo tutor l.licet imperator ff.de leg. 1. Roman. cons. 118. in 2. dubio. Secundo cum carceribus mancipare non vetatur l.3. §. tutores ff. de suspect. tuto. etiam si sit mulier tutrix, Bart. in auth. matri,& auiæ nu. . . etiam si sit mater, Vrsill.ad Afflict.dec. 75.

nu. 15. addc. At contrarium tenet Marſ. in pract. crimi. verſ. attingam nu. 64. & 65. & additio ad Chaſſan. in Conſuet. Burgund tit. 6 *des anfans* in tex. ibi *par inuentaire* n. 12. Tertio tutor perpetuæ infamiæ nota afficietur iure ſuadente l. fin. C. arbitr. tute. Quarto, & vltimo contra ipſum tutorem vti doloſum iurabitur in litem per intereſſe prætendentes pupillos maiores effectos, Socc. conſil. 159. lib. 2. æſtimando, ſcilicet litem quanti eorum intereſt inuentarium non fuiſſe cōfectum propter res, & bona quæ amiſſa apparent, glo. in l. 1. §. officio verſ. tenebitur ff. de tute. & ration. diſtrah. Alex. conſ. 74. lib. 7. Socc. conſ. 46. Gozad. conſ. 17. num. 9. * Guttier. vbi ſupra num. 25. & ſeqq. vbi citat inter cæteros Affl decis. 207. num. 4. Monta. c. 32. reg. 5. num. 43. cum pluribus ſeq. vbi limitat tribus modis, & reg. 6. nu. 7. * Et non procedere cum hęrede tutoris lite cum defuncto nō conteſtata, de communi opin. teſtatur Guttier. vbi ſupra num. 28. Nec excuſari tutores dicentes cum iuramento ſe confeciſſe, & perdidiſſe inuentarium, quia diligenter cuſtodire tenentur, niſi caſum, vel amiſſionem probarint per tex. in l. ſi quis ex argentarijs, §. fin. ibi *perdidiſſe ſe probet*, ff. de edendo. Anchar. conſ. 316. in fine, & Socc. d. cōſ. 159. & 190. lib. 2. vbi nec excuſatio tenet, ſi dicant ſe confeciſſe, ſed eſſe penes actores, & negotiorum geſtores, qui nolunt exhibere, quia ijs, qui elegerunt imputabitur, & quod iuramentum in litem deferatur non ſolum pupillis; ſed eorum hęredibus, dixit vbi ſupra n. 15. ex Caſtren. & Socc. in l. penul. §. fin. ff. ne quis eum, qui in ius, at prę miſſa vix accidūt hodie circa inuentarium, cum ſemper originalia prothocolla ſint penes Notarios, actorumq; magiſtros, ſumpta autem, & copię penes actores, quibus amiſſis alię haberi queunt, niſi dixeris verificari poſſe quo ad librum rationum, quem inuentario comparari probabimus inferius * adde, ad quam inuentarij confectionem etiam matrem, ac auiam tutrices teſtamento relictas, vel legitimas teneri conſtat, ex Guttier. p. 1. cap. 8. num. 44. & p. 2. cap. 1. num. 12. vbi infra quod tempus debeant ſe tutrices declarari facere.

15 Et ante hanc inuentarij confectionem, nec conuenire, nec conueniri poterit pupillus, ac tutor, vel alius cui defertur hęreditas, Corn. conſ. 207. nu. 4. lib. 3. ſed intelligas citra pactū, & caſus poſitos à Marcello Calà in ſuo tract. glo. vnica §. 2. q. 394. num. 1012. cum pluribus ſeqq. at benè fructus vendere

dere potest, Bar. Bald. Ang. & cæteri in l. procuratorem C. de procurator. cum sit quòd in iis, quæ dilationem non recipiunt tutores, & curatores plenè disponere possint, & hoc procedit etiã in fructibus, qui biennio non corrumperentur, Doct. in l. fin. ff. de tutor. & curat. qui satis non dede. in quibus vendẽdis iudicis decretum non requiritur, Bal. in l. sancimus, §. omnem in princip. C. de adm. tut. Guttier. p. 2. c. 1. num. 60. cum seqq. & dicemus infra in rubr. ac cætera citra dolum, atq; culp. nu. 11. & generaliter quæcunq; vtilia sunt explicant. Bar. in d. l. tutor. col. fin. ff. de administ. tuto. & l. legitimos, ff. de legit. tutor. quinimo ad ea peragenda, quę dilationẽ non recipiunt, tenentur, vt plenè habetur per Pagg. q. 7. nu. 7. & Monta. c. 32. reg. 5. per totum n. 17. formulã verò inuentarij cõficiendi affert Iodoc. de tut. mun. c. 5. num. 60. adde. Verum quãdo pupillus est adeo pauper, quod non habeat mobilia, quid faciendum, vide Bald. in l. fin. nu. 6. C. qui bonis cedere poss. & quando nihil habet immobile, vel incorporale, quod tunc ipse tutor corã iudice debet protestari illud, nempè nihil in bonis pupilli esse & huiusmodi protestatio inuentarij loco habebitur, facit in arg. tex. in l. vt perfectius C. de annali except. & tradit Bald. in d. l. fi. n. 8. ver. extra quęro, docet Manz. 3. q. 3. q. princ. n. 7. in fine. Et hæc quo ad inuentarium tutoris ad eius legitimationem inductum. Est & aliud hæredis delatam sibi hęreditatem adeũtis fauorem concernens, eiusdemq; beneficio gaudere volẽtis, de quo in l. fin. C. de iure deliberãdi, de quo tractabimus infra rub. *vtiliter agat, & contrahat* num. 65. cum sequentibus. In quo requiritur maior

26 solemnitas; nam debent citari creditores certi nominatim, & incerti per proclama, quatenus statuta die, & hora in loco statuto compareant ad videndum aditionem hęreditatis; & inuẽtarij confectionem faciendam, & ideo aduerte, quod si es constitutus in testamento tutor filiorum, vel descendentium alicuius, vel aliter datus à lege, vel iudice, & adeunda sit defuncti hęreditas, ad euitandum expensas pupillis, confici cures vnum inuentarium bonorum cum solemnitatibus vtriusque inuentarij non obstante quod hæreditas non sit adita, quia in suis existentia suitatis aditionem operabitur, vel verbo adibitur. Ita Cępolla caut. 226. incip. Duplex est inuentarium,

* adde, Papius d. tract. num. 9. & vide Octau. Cacheran. decis. Pedemont. 179. nu. 2. 8 & 10. quod est notabile ad materiam, & si casus contigerit, libellum

in

in Curia ita conceptum præsen-
17 tabis. *In Curia &c. Comparent N. N. & N. N. pupillus* (si est maior infantia idest septem annis) *& dicunt ipsum pupillum fuisse in testamento hæredem institutum à N. eodem N. tutore sibi dato, & quoniam pupillus ipse cum consensu, & authoritate dicti N. hæreditatem adire intendit cum beneficio legis, & inuentarij, ipseque tutor inuentarium cõficere ad sui legitimationem; ideo* & cætera vt inferius. Si vero est infans .i. septem annis minor, tunc solus comparebit dicens. *In Curia &c. Exponit N. N. qualiter N. N. in vltimo testamento, quod condidi, instituto N. hæredi vniuersali creauit ipsum tutorem, & quoniam intendit nomine dicti pupilli infantis adire hæreditatem prædictam cum beneficio legis, & inuentarij, ac inuentarium conficere tam ratione prædicta, quam etiam ad legitimandum eius personam; ideo* (& concludas in vtroque libello) *petit moneri infrascriptos creditores certos nominatim* (ac in libelli calce describat) *incertos verò per proclama, quod die tali cum continuatione, &c. Compareant, & quisque ipsorum, si sua putauerit interesse, compareat in tali loco ad videndum hæreditatis aditionem cum beneficio legis, & inuentarij, ac ipsum inuentariũ per ipsum successiuè faciendum, & ad prædicta admitti omni modo meliori &c.* Si ab intestato deferatur hæreditas, ac tutela, præuia informatione de proximitate tutoris, ac iuribus, decernetur prius tutela in eum sub clausula *quod adimpleat adimplenda;* inde formabitur libellus paucis mutatis iuxta ingenij cuiusque vires.

18 Secundum sollenne est, vt tutor iuret vtilia pupillo facere, & in vtilia prætermittere §. fin. in Auth. vt ij, qui obliga. se perhib. habe. res mino.* Caual. de tuto. & curat. nu. 23. cum similibus allegatis à Iodoc. de tut. munic. c. 7. in princ. & Monta. cap. 23. reg. 2. vbi ampliat in actore, & curatore. Et hoc pariter, vt inuentarium, adimpleri debet ab omni tutore, & curatore, quamuis de iure Codicis id erat dispositum in solo curatore furiosi d. l. de creationibus l. fin. & l. si quidem C. de curat. furioso Piagg. 9. 7. nu. 22. & sub hypoteca expressa rerum suarũ Bar. in l. legitimos nu. 7. ff. de legit. tutor.* adde. Ex quo solemni infertur per aliquos tutorem, vel curatorem non posse tradere alicui morienti, & volenti relinquere pupillo, sibi legare, vel relinquere, arg. glo. loquentis in Prælato Ecclesiæ, & tutore in cap. quicunque, verbo aut neglectum 12. q. 4. non enim debet vtilitatem suam proponere pupilli vtilitati, l. tutor secundũ digni-

dignitatem, §. 1. ff. de admin. tutor. cũ simil. Sequuntur multi, quos citat Guttier. p. 2. c. 14. num. 3. Posse tamen id facere tutorem ex pluribus censuit idẽ Guttier. loco cit. num. 4. si tamen blando sermone induxerit testatorem, vt quod pupillo relinquere volebat, sibi relinquat, secus verò si dolo, fraude, vel mendacio tutor induxerit morientem ad relinquendum sibi, quod pupillo relinquere intendebat, vt ibi per eum. Secundo infertur tutorem, & curatorem teneri acquirere pupillo id quod possunt, aliàs ad interesse astringentur. l. quicquid vbi glo. C. arbitr. tute. quod dicit notabile Piagg. q. 19. num. 12. & Euerard. in centur. arg. loco à pupillo ad Ecclesiam num. 6. & dictum fuit per nos aliàs.

Tertium, vt promittat defensionem pro pupillo suscipere, & sic ipsum indefensum non
19 relinquere, l. tutoris præcipuũ ff. de adm. tut. & l. fi. §. defensionem, C. de adm. tuto. Bal. in d. l. legitimos, & alij allegati à Piagg. vbi supra nu. 29. qui non sufficere dixit seruare præcedẽs
* solemne secundum,* Caualcan. num. 120. Manz. 3. q. 3. q. princ. num. 2. Monta. c. 23. reg. 3. vbi ampliat in curatore siue generali, siue ad vnum articulum, & quod sub dicta hypoteca bonorum id promittat, & quod non defendens mortaliter peccet, & ad restitutionem teneatur ex Nauarro in manuali cap. 23.
* & est communis opinio teste Villalobos verf. tutela n. 129. in tract. comm. opin. Sed contra, quod sufficiat tutorem iurare tantum vtilia facere, & inutilia prætermittere, cum alias tutor non sit, nisi defendat, tenuit Iodoc. c. 7. nu. 4. cum seq. & quidem, vt verum fatear semper in praxi vidi hæc duo solemnia coniungi in hunc modum; *Penes acta constitutus talis, &c. qui quidem iurauit vtilia facere pro dicto pupillo, inutiliaq; prætermittere, ac ipsum indefensum non relinquere: ita tamen quod semper vti valeat veritate, & bona fide*, quam subiunctionem docuit Aret. in §. actionum nu. 76. inst. de action. *& promisit in fine tutelæ rationem reddere, & ideo obligauit se, & bona sua omnia, &c.* Non tamen nego, quod in Regno in delatione Baliatus. qui importat aliquid plus ego vidi seruatam opinionem Iodoci simpliciter, & in Regijs regestis in eius formulis ita scriptum, *& quoniam per fidem N. actorum Magistri in Regia Camera constitit talẽ confecisse inuentarium, ac iurasse vtilia agere, & inutilia prætermittere*, non subiuncto, *ac pupillum indefensum, &c.* ideo &c. At superflua cautela non nocet.
* adde si superflua dici posset, & non necessaria, vt supposuimus

ex allegatis supra per nos, & Manz vbi supra n.3.probat. Menoch. lib. 1. præsump. q. 45. n. 19.
20 non nocet. Et promissio hæc defensionis importat, vt non solum defendere debeat pupilli patrimonium, sed & salutem, ac corpus, arg. l. consilio ff. de curato. furioso, & maxime in causa criminali, & quod defendat à proprijs filijs ipse tutor, quibus pupillos præferat, dixit Monta vbi supra cap. 32. reg. 2. ex Gellio Noct. acticarum lib. 5. c. 13. & ni defendat, vltra quod peccat in suo officio, iuditium aliter factum erit nullum l. clarum C. de author. præstan. Monta. reg. 9. nu. 61. & seqq vbi affert ampliationes, & inter cæteras eam, quod vnus tutor ex pluribus defendere possit, per l. 1. C. si ex pluribus tut. vel curat. & l. fin. C. de auth. præstan. vbi glos. declarat tam in testamentarijs, quam legitimis, & datiuis ex inquisitione; nisi sit diuisa à testatore, vel iudice administratio, quo casu alter alterius administrationē non tanget l. 2. d. tit. C. si ex plurib. tut. & cur. maxime quando vocaretur ad iuditium alterius prouinciæ. Ea autem defensio id sonat, vt tutor pupillum infantia minorem de per se defendat, maiorem verò ei authoritatem præstando l. 1. §. sufficit vbi glo. ff. de admin. tut. sic etiam si pupillus abest, vel inquiritur pro causa criminali d. §. sufficit, & d. l. clarum Montan. vbi supra reg 9. nu. 89. & seqq. Et hæc tria, seu potius duo sunt adimplenda ab omni genere tutorum, antequam administratio decernatur, ac administrent, & si alias administrarint, nihil agent, & iurari contra eos poterit in litem, nisi tempore peritura (vt supra) distraxerint, & vtilia pupillo fecerint, ita allegati à Monta. vbi supra c. 32. reg. 3. & reg. 5. nu. 4. & 7. dixit Rolan. d. tract. par. 1. q. 38. num. 4. 5.

21 Quartum sollenne est, vt legitimam tutor offerat, & præstet fideiussionem, & satis dationem idest rem pupilli saluam fore, glo. & Bar. in d. l. legitimos, Bar. in l. 1. ff. rem pupill. sal. fore Iodoc. de tut. mun. cap. 6. * Manz. q. 3. q. 3. princ. n. 8. Quæ cautio fuit inuenta à Prætoribus l. 1. ff. de præt. stipulat. Prætoribus dico tutelaribus ex ordine Senatorio constitutis, creatis primum à D. Marco Antonino Philosopho, Imperatore, vt ex Spartiano in vita eiusdem Antonini, & Alexan. ab Alexan. genial. dier. lib. 2. cap. 15. & alijs rettulit Monta. cap. 19. nu. 11.
22 & 12. & cap. 23. reg. 2. vbi de ratione, quia scilicet tutores in suo officio, vt plurimum, aut infideles, aut negligentes sunt §. quoniam autem in Auth. vt ij qui obliga se perhib. hab. res minor. * Manzin. vbi supra, & Mon-

Montan. & ampl. 6. nu. 15. cum seq. dixit, q possit cogi captis pignoribus tutor differens illam præstare §. si bsidiaria Inst. de satisd. tuto. l. dies cautionũ. §. si intra ff. de dãno infecto l. si quis à liberis §. si qs ex ijs ff. de liber. agnosc. cum simil. * adde. Amplia adeo tutorem legitimum teneri satisdare, vt procedat etiam si esset valde diues, quamuis tunc sufficiat qualis, qualis fideiussio ẽt si fideiussor nihil habeat in patrimonio glo. & Bal. in l. mulier C. de iure dot. Gutt.

23 p. 1. c. 12. nu. 19. Et quod satisdatio hæc, quæ est cum fideiussoribus l. 1. ff. qui satisda. cogan. l. non quasi ff. rem pup. sal. fore l. 2. C. de tut. & curat. Iodoc. c. 6. nu. 8. Manz. q. 3. q. 3. princip. num. 8. præstari valeat alibi, quam in loco dationis tutelæ, eo quod necessaria sit, & ad eam astringatur à lege, licet causa sit voluntaria per tex. in l. fideiussor §. non necessaria, & l. de die §. tutor vers. iubetur ibi *Mittendi sunt in municipium*, & ibi, *posse, quo postulat remitti* ff. qui satisd. cogan. dummodo non sit in loco multum distanti, dixit Bar. in d. §. iubetur per tex. in d. l. fideiussor §. si necessaria, ibi *si in alia eiusdem Prouinciæ*, quod notabis; id autem fiet stipulante pupillo, si infantia maior est exigente magistratu. l. 1. §. exigere ff. de magistr. conue. quod si minor, tunc seruo eius, & tandem Notario publico, vel alio, cui id commiserit iudex l. 2. 3. & l. seruum ff. rem pup. saluu. fore Quartæ autem summæ sit satisdatio præstanda videas per Iodoc. c. 6. à nu. 26. vsque ad 36. vbi dixit quod à regum, Principum, ac aliorum illustrium personarum tutoribus, & Balijs debet præstari talis qualis inueniri potest, concurrente quoad alia idoneitate tutoris Montan. c. 32. reg. 7. nu. 14. & c. 15. nu. 71. * adde Guttier. de tutel. p. 1. cap. 18. n. 44. vbi plura videre erit de tutela Regis, & qua ætate finiatur, & per quos administretur, maxime in Regnis Hispaniarum non obstante lege Partitæ, quod est notandum in casu Regiminis nostri inuictissimi Regis Philippi Quarti constituti in ætate sexdecim annorum defuncto Philippi III. sub die 31. Martij 1621. anno ætatis eius quadragesimo tertio. Et talem quidem annis præteritis, ac paucis ante diebus vidimus acceptam, & præstitam in curatione cuiusdã Magnatum maximi, cuius annuis introitibus ascendentibus ad summam ducatorum cẽtum sexaginta millium, fuit tñ pro ea præstita fideiussio ducatorũ quatuor, inde sex millium. Quod vero magistratus debeat hanc adeo exigere, vt prætermittens, vel non idoneam exigens, teneatur adulto in subsidium

ex allegatis supra per nos, & Manz vbi supra n.3.probat.Menoch.lib.1.præsump.q.45.n.19.
20 non nocet. Et promissio hæc defensionis importat,vt non solum defendere debeat pupilli patrimonium, sed & salutem,ac corpus, arg.l. consilio ff. de curato. furioso,& maxime in causa criminali, & quod defendat à proprijs filijs ipse tutor, quibus pupillos præferat, dixit Monta vbi supra cap.32.reg.2. ex Gellio Noct. atticarum lib.5.c.13. & ni defendat, vltra quod peccat in suo officio, iuditium aliter factum erit nullum l.clarum C. de author. præstan. Monta. reg. 9. nu. 61. & seqq vbi affert ampliationes, & inter cæteras eam, quod vnus tutor ex pluribus defendere possit, per l.1.C. si ex pluribus tut.vel curat. & l. fin. C.de auth.præstan. vbi glos. declarat tam in testamentarijs, quam legitimis, & datiuis ex inquisitione; nisi sit diuisa à testatore, vel iudice administratio, quo casu alter alterius administrationẽ non tanget l. 2.d. tit C.si ex plurib.tut.& cur.maxime quando vocaretur ad iuditium alterius prouinciæ. Ea autem defensio id sonat, vt tutor pupillum infantia minorem de per se defendat,maiorem verò ei authoritatem præstando l. 1. §.sufficit vbi glo.ff. de admin. tut. sic etiam si pupillus abest, vel inquiritur pro causa criminali d. §.sufficit,& d.l. clarum Montan.vbi supra reg 9.nu.89. & seqq. Et hæc tria, seu potius duo sunt adimplenda ab omni genere tutorum antequam administratio decernatur, ac administrent, & si alias administrarint, nihil agent, & iurari contra eos poterit in litem, nisi tempore peritura (vt supra) distraxerint, & vtilia pupillo fecerint, ita allegati à Monta. vbi supra c. 32.reg. 3. & reg. 5. nu. 4. & 7. dixit Rolan.d. tract.par. 1. q. 38.num. 4. 5.

21 Quartum sollenne est, vt legitimam tutor offerat, & præstet fideiussionem,& satis dationem idest rem pupilli saluam fore, glo.& Bar.in d.l. legitimos,Bar. in l. 1. ff. rem pupill.sal.fore Iodoc.de tut.mun. cap. 6. * Manz. q. 3. q.3. princ. n. 8. Quæ cautio fuit inuenta à Prætoribus l. 1. ff. de præt. stipulat. Prætoribus dico tutelaribus ex ordine Senatorio constitutis, creatis primum à D. Marco Antonino Philosopho, imperatore, vt ex Spartiano in vita eiusdem Antonini, & Alexan.ab Alexan.genial.dier. lib. 2. cap. 15. & alijs rettulit Monta. cap. 19. nu. 11.
22 & 12.& cap.23.reg.2.vbi de ratione, quia scilicet tutores in suo officio,vt plurimum, aut infideles, aut negligentes sunt §. quoniam autem in Auth. vt ij qui obliga se perhib. hab. res minor. * Manzin. vbi supra, & Mon-

Montan. & ampl.6. nu. 15.cum seq. dixit, q̄ possit cogi captis pignoribus tutor differens illam præstare §. subsidiaria Inst. de satisd. tuto. l.dies cautionū. §.si intra ff. de dãno infecto l.si quis à liberis §.si qs ex ijs ff.de liber. agnosc. cum simil. * adde. Amplia adeo tutorem legitimum teneri satisdare, vt procedat etiam si esset valde diues,quamuis iure sufficiat qualis, qualis fideiussio et si fideiussor nihil habeat in patrimonio glo. & Bal. in l.mulier C.de iure dot.Gutt.
23 p.1.c.12.nu.19.Et quod satisdatio hæc, quæ est cum fideiussoribus l. 1. ff. qui satisda. cogan. l. non quasi ff.rem pup. sal. fore l. 2.C.de tut.& curat. Iodoc. c. 6. nu. 8. Manz. q.3.q.3.princip. num. 8. præstari valeat alibi, quam in loco dationis tutelæ, eo quod necessaria sit,& ad eam astringatur à lege, licet causa sit voluntaria per tex. in l. fideiussor §. non necessaria, & l. de die §. tutor vers. iubetur ibi *Mittendi sunt in municipium*, & ibi, *posse, quo postulat remitti*, ff. qui satisd. cogan. dummodo non sit in loco multum distanti, dixit Bar. in d. §. iubetur per tex. in d. l. fideiussor §. si necessaria, ibi *si in alia eiusdem Prouincia*, quod notabis; id autem fiet stipulante pupillo, si infantia maior est exigente magistratu. l. 1. §. exigere ff. de magistr.conue. quod si minor,tunc seruo eius, & tandem Notario publico, vel alio,cui id commiserit iudex l. 2. 3. & l. seruum ff. rem pup. salu. fore Quartæ autem summæ sit satisdatio præstanda videas per Iodoc. c. 6. à nu. 26. vsque ad 36. vbi dixit quod à regum, Principum, ac aliorum illustrium personarum tutoribus, & Balijs debet præstari talis qualis inueniri potest, concurrente quoad alia idoneitate tutoris Montan. c.32. reg. 7. nu.14.& c.15. nu. 71. * adde Guttier. de tutel.p.1.cap.18.n. 44. vbi plura videre erit de tutela Regis,& qua ætate finiatur, & per quos administretur, maxime in Regnis Hispaniarum non obstante lege Partitæ,quod est notandum in casu Regiminis nostri inuictissimi Regis Philippi Quarti constituti in ætate sexdecim annorum defuncto Philippi III. sub die 31. Martij 1621. anno ætatis eius quadragesimo tertio.Et talem quidem annis præteritis, ac paucis ante diebus vidimus acceptam,& præstitam in curatione cuiusdā Magnatum maximi, cuius annuis introitibus ascendentibus ad summam ducatorum cētum sexaginta millium, fuit tū pro ea præstita fideiussio ducatorū quatuor, inde sex millium. Quod vero magistratus debeat hanc adeo exigere, vt prætermittens, vel non idoneam exigens, teneatur adulto in subsidium

dium actione subsidiaria, est tex. in §. sciendum inst. de satisd. tut. §. nos autem in fine, & §. impuberes Inst. de Attil. tuto. in l. tutores in fin. ff. de confirm. tut. l. 1. §. fin. & l. quod ad hæredem ff. de magistr. conuen. & l. quoties ff. qui satisd. cogan.* Manz. vbi supra nu. 8. & quod hæredes magistratus teneātur hac actione, & in quantum, dixit vbi supra Monta. à num. 39. vsque ad 49. vbi quatenus pro filio magistratu pater teneatur, & hæc ampliat num. 55. in scriba, vel apud nos Magistro iurato, cui onus esset ex consuetudine, stylo, vel statuto approbandi has fideiussiones per l. 1. §. Diuus Adrianus ff. de magistr. conuen. & l. fin. C. eodem.* adde Manz. autem dixit magistratum teneri de dolo, lata, & leui culpa, hæredes vero de dolo, & lata culpa l. non similiter ff. de magistr. conuen. & quod si tutores non satisdederint, captis pignoribus cogi possint, docuit per tex. in l. 1. in princ. ff. de adm. tutor. l. 4. §. 3. ff. de damno infecto, & docto. in l. 1. §. sciendum ff. de magistr. conuen. Ordo autem conueniendi tutores, & magistratus affertur à Iodoc. de tut. mun. c. 6. num. 23. & 24. ad

25 ipsum recurre. Releuantur autem ab huius satisdationis præstatione, Primo Tutor testamētarius l. testamento datos tutores in princip. & l. si nemo ff. de test. tute. Corn. cons. 198. nu. 8. lib. 1. & si in testamento minus solenni, vel alias à iudice confirmandus veniret teste Monta. cap. 13. num. 4. & 5. si tamen à patre datus fuerit, non à matre l. 1. ad finem ff. de confirm. tuto. Iodoc. d. cap. 6. nu. 15. Ratio autem est, quia eius fides est approbata à testatore, & cum fuerit ab eo idoneus, & sufficiens existimatus, vti suspectus satisdare cogendus non est §. 1. inst. de satisd. tut. Socc. iunior cons. 5. nu. 2. lib. 4. Aret. vbi supra nu. 75. Piagg. q. 7. nu. 25. Iodoc. vbi supra Manz. vbi supra nu. 8. Mont. reg. 7. nu. 76. & num. 93. vide de fallētijs * adde. Tandem idem tenet Guttier. p. 1. cap. 5. in princ. & nu. 4. & 5. adducit limitationes. Secundo is, cui remissum est onus à reddenda administrationis ratione, Corn. cons. 173. nu. 3. lib. 3. Piagg. vbi supra nu. 26. Tertio datus cum inquisitione §. 1. inst. de satisda. tuto. l. si nemo tutorum §. sed & si ff. de testam. tut. Bar. in §. fin. nu. 9. in Auth. vt ij, qui oblig. se perhib. hab. reb. res minor. Iodoc. c. 6. num. 19. quando s. à maioribus iudicibus daretur, secus à minoribus, vt diximus supra in rubr. *Vt personam suam inspic.* nu. 7. Et est tex in l. 1. §. si curatores ff. de magistrat. conuenien. l. pen. C. de tutor. & curat. qui satis non dede. Aret. vbi supra Piagg. n. 27.* adde, & ratio

tio est, quia eorum fides approbata est à iudice secundum Manz. vbi supra qui dicit quod communis praxis seruat, vt magistratus omnes satisdare faciāt ex glo. in l. 1. C. de tutor. & curat. qui satis non deder. per tex. in §. nos autem instit. de actilia. tutor. de qua testari ait Papien. in forma libell. quo agitur ad redd. ratio. tutelæ, vers. venio ad quantum in fine, sequitur per plura Guttier. par. 1. cap. 12. nu. 25. & 26. Mont. cap. 32. reg. 7. nu. 97. & seq. vbi quod maiores magistratus sunt Prætor, Præfectus Vrbis, ac Præses Prouinciæ, minores vero ijs inferiores,
* sunt defensores ciuitatum * ante hos docuit Manzin. q. 13. q. 3. princip. nu. 8. in fine. Et si sine inquisitione datus, vel permissus administrare per iudicem sine fideiussionis præstatione, tempore finitę tutelę fuerit non soluēdo tutor, quod teneatur Magistratus est tex. in l. Æmilius dexter ff. de adm. tutor. Iodoc. c.
26 6. num. 21. & diximus superius, sed hoc vltimum fallit in maioribus magistratibus, qui, si non exegerint à tutore, vel curatore satisdationem, non tenebuntur l. 1. C. de tutor. vel curat. illustr. person. secus in curialibus alijs, vt sunt Auditores prouinciales d. l. 1. §. in Prouincijs,
* Manz. vbi supra. In curatore autem satisdationis huius stipulatio committitur statim, atque res salua esse desierit, & fideiussoribus exinde incipiet cedere dies, in tutore finita tutela l. nō quasi §. hanc stipulationem ff. rem pupill. saluam fore. Quarto releuatur à satisdatione legitimus tutor, is, qui esset multum fidelis: nam ex fidelitate remittitur satisdatio l. legitimos §. 1. ff. de legit. tutor. Bal. Bal. in l. tutores 2. notab. ff. eodem. Iason in l. iubemus nu. 73 C. de iuditijs, Piagg. vbi suprà
* nu. 28. * adde, & in legitimo limita si sit persona honesta, secundum Tiraquell. de pænis legum, causa 51. nu. 41. allegatum à Manzino vbi supra quo loci sublimitat dummodo hoc sit in pupilli vtilitatem teste Bar. in d. l. legitimos in fine, & Bal. in l. fin. C. de tutor. & curat. qui satis non deder. & hoc est quando fideiussores non inuenit, & sufficit iuratoria cautio Guttier. c. 12. nu. 23. & 24. Quinto Patronus teste Bar. in d. l. legitimos nu. 7. quod intelligas, vt habetur in l. si impuberi §. 1. ff. de
* tut. & curat. datis ab ijs, * adde. nisi sit vulgaris, vel minus honesta persona, suspecta, vel non diligens, pupillum, aut tutelæ modus excedat; quia magnum est patrimonium, vel magna tutela, vt per Manz. q. 2. 3. q. princ. nu. 5. Gutt. p. 1. cap. 12. nu. 17. & nu. 18. quid in patre dicendū docet. Tandem pro conclusione, & fine huius solemnis scire

opor-

oportet, quod si exemptus à satisdatione satisdederit per errorem, talis satisdatio non tenet, Aret. §. 1. nu. 3. inst. de satisd. tut. Monta. vbi supra nu. 10. reg. 7. & quod non releuetur ab ea mater idem num. 22. * adde plures cumulat Gutt. qui hanc partem tenet de tute. d. p. 1. c. 12. nu. 16.

Quintum solemne in matræ, & Auia est, vt volentes assumere tutelam filiorum, vel nepotem respectiuè, renuncient secundis nuptijs, Velleiano Senatus consulto, & omni legum auxilio in mulierum fauorē inducto. Bar. Ang. & Salyc. in auth. matri, & auiæ C. quando muli. tut. offic. fungi potest, & hoc expræsse quoad secundas nuptias, teste Iodoc. c. 5. nu. 19. cum seq. & statim atque tutelam accipiunt faciendum est, alias si sequenti die fieret, eiusmodi renunciatio non valeret Præpos. in c. ex parte col. pen. de appella. Aret. in d. §. actionum n. 88. Piagg. vbi supra nu. 39. Cap. decis. 50. & Caual. nu. 24. hæc autem adeo requiritur, quod absque ea tutelæ decretatio non teneret, Bar. & Bal. vbi supra nu. 10. ac fideiussores per eam dati non obligabuntur, vt dixit Signorol. de homodeis cons. 216. nu. 6. 7. & 8. per l. si ante ff. iudicatum solui Mont. cap. 15. nu. 62. * adde, & ego adduco Fabrum in d. auth. matri, & auiæ, Petrum, Cynum, & Alber. quos sequitur Viuius dicens ita de consuetudine seruari in lib. comm. opin. opin. 809. nu. 9. nouissime per plura Guttier. p. 1. c. 18. nu. 39. & 40. limitat vbi supra Piagg. nu. 40. prædicta in matre, & auia testamentaria tutrice, vt renunciare secundis nuptijs, & legum auxilijs non astringantur, allegat Boer. decs. 124. nu. 13. verum, quod teneantur tenet ex Petro Iacobi, & Glo. Paris. Mōta. c. 15. nu. 57. & 58. * adde, & ego vidi baliatum deferri matribus Balijs cum hac renunciatione in Registris Neapolitani Archiui Regum Caroli, & Roberti refert, & sequitur Gutt. de tute. p. 1. c. 8. nu. 25. cum pluribus seqq. Si vero mater tutrix data haud assumpta tutela iam transeat ad secunda vota, in eius locum sufficietur tutor legitimus, quod si ipsa adierit iudicem vt alium dat tutorem, tunc enim erit locus tutori datiuo, erit autem in arbitrio iudicis, vel dare eum, quando mater petierit, vel quem vtilem pupillo fore censuerit Guttier. p. 1. c. 5. nu. 12. Melius c. 9. nu. 21. quodque per administratione obligent earum bona, Bar. in d. auth. nu. 15. docuit, ac allegati à Monta vbi supra nu. 68. cum seq. alias tutelæ decretatio nulla esset * adde, Guttier. tamen c. 8. nu. 37. omissionem obligationis bonorum expresse non vitiare

re dationem tutelæ censuit, vt
ibi per eum. Et tandem quod
non teneatur mater, nisi quoad
facere potest ex Couarr. varia-
rum resolut. c. 1. lib. 2. dixit vbi
supra Mont. nu. 67. vbi conci-
liat, & declarat opiniones di-
scordes, vt prima Piaggij, & alio
rum intelligatur ex parte post,
altera vero ex parte ante in pri-
mo capite obligationis, videto,
quia subtiliter, atq; doctè loqui-
* tur * Gutt. d. c. 8. n. 34. cũ seqq.
Sextum, & vltimum solemne
est, vt decernatur tutela, & ad-
ministratio ipsius, & bonorum
pupillarium, ita tex. in l. fin. C.
29 arbitr. tute. ibi, *Publicè*, quod
iudicis decretum præsupponit
l. fin. ff. vt in possess. legat. Bald.
in l. orphanotrophos, C. de Epis.
& cler. & l. facultas, C. de iure
hastæ fisca. lib. 10. vbi asserit, q
vltra iudicis decretum requiri-
tur, quod decernatur admini-
stratio Bar. in d. l. legitimos in
princ. num. 7. inst. de leg. agna.
tute. * Guttier. p. 1. c. 5. nu. 6.
Non enim secundum Piagg. q. 7.
nu. 7. debet administrationem
propria occupare authoritate,
etiam quod in testamento va-
lido datus fuerit, l. 4. vbi nota-
tur ff. de auth. tuto. d. l. fin. §.
illo proculdubio C. arbitr. tute.
Castren. cons. 356. num. 4. lib. 1.
Manzin. 3. q. 3. q. princip. nu. 1.
Guttier. de tute. p. 1. c. 3. nu. 21.
Mont. c. 32. reg. 1. Limitat præ-
missa Piagg. vbi supra per cons.
Corn. 356. in princ. lib. 4. non
requiri in matre, nec procede-
re, cum enim ei ipso iure à lege
tutela deferatur, iudicis decre-
tum non requiritur, per glo.
communiter approbatam in d.
auth. matri, & auiæ, & Bar. in
l. si quis sub conditione nu. 24.
ff. de testam. tute. sequitur, &
refert Monta c. 32. reg. 1. nu. 6.
Verum idem c. 14. num. 6. dixit
requiri decretum administra-
tionis per idem cons. Corn 164
quod ego sequor, cum Bar. in
loco allegato, & glo. illud re-
quirere videatur in fortioribus
terminis .s. in matre tutrice da-
ta in testamẽto à marito, quod
scilicet confirmanda sit, & con-
sequenter, quod decernatur ad-
* ministratio, * & hanc sententiã
probat quoque Guttier. loco
cit. num. 8. & 9. nisi tempore
aliqua essent peritura, vt per
ipsum num. 10. Secundo limi-
tat, quando per testatorem fue-
rit dispositum, vt tutor datus
30 possit propria administrare au-
thoritate, tunc enim testatoris
voluntas vti lex seruanda est,
c. vltima voluntas 13. q. 2. §. di-
sponat in auth. de nup. Ruyn.
cons. 126. lib. 5. Piagg. vbi supra
num. 5. Papien. in praxi in for-
ma libelli quo agitur ad reddẽ-
dam rationem glo. 1. num. 19.
* Manz. loco cit. & Guttier. p. 1.
cap. 5. nu. 7. Mont. d. c. 32. reg. 1.
nu. 8. Hic autem aduertendum
est, quod dum petitur licentia

administrandi, vel confirmatio à iudice in casu requisito, nō sunt citandi alij, ēt ij, qui alias tutores esse possūt l. si vt proponis C. 31 de confirm. tut. sed si plures sunt dati tutores, & vnus sibi administrationem decerni petat, alij contutores, de quorum præiuditio agitur, citandi sunt l. 3. §. fin. ff. de adm. tutor. l. legitimos §. in legitimis vbi de hoc, & de satisdatione facienda, vel offerenda, vt solus administret legitimus tutor. ff. de leg. tutor. Aret. inst. de leg agnat. tut. in princ. nu. 9. Et tunc iste tutor obtinens non solum administrabit bona sita in territorio iudicis concedentis, siue confirmantis administrationē, sed extra. & hoc dummodo non adsit contradictor. l. magis puto §. illud alias aliud ff. de reb. eorum, quo casu, si appareret, quando quis petit administrationem, tunc ipso, ac alijs, qui possunt esse tutores, citatis, scribi debet ad iudicem illius loci suæ iurisdictioni non suppositi hortando eum, vt illum tutorē in possessionem bonorum pupilli mittat l. cum vnus §. fin. ff. de bonis auth. iud. possiden. Bar. in l. pupillo ff. de tut. & curat. datis ab ijs, Aret. vbi supra num. 8. Manz. vbi supra nu. 1. Mont. c. 32. reg. 1. nu. 5. In Practica autem sic libellum formabis, si es testamentarius. *In curia, &c. Exponit N. N. qualiter in vltimo testamento, quod præsentat,* siue *cuius particulam præsentat, facto per N. N. iam mortuum, & humanè sepultum fuit constitutus tutor N. pupilli fily eiusdem; proinde tutelam acceptans petit sibi administrationem decerni bonorum pupillarium, maximè cum confecerit inuentarium* (si illud iam fecerit) *vt per fidem authenticam, quam producit, apparet.* Qua petitione, & scripturis visis Iudex decernat, *quod ipse adimpleat de Iure adimplenda, vt prouideri possit,* & si iam fecerit inuentarium, *adimpleat alia, ad quæ de iure tenetur* attenta persona sua, vt ex præmissis patet, & scribi faciat in actis *constat de inuentario præsentato confecto sub die tali manu talis, quod fuit restitutum,* si non remanet in actis. Quibus adimpletis iudex ita suum proferet decretū. *Visis actis, Decreto Curia prouidetur tutelam dicti N. & bonorum ipsius administrationem decernendam esse, vt decernitur, in personam d. N. N. & ita &c.* Quando verò petit quis vti legitimus sibi decerni tutelam, exponat hoc modo. *Exponit N. N. qualiter N N. intestatus decessit nullo relicto tutore filijs eius superstitibus, quorum tutela cū de iure ad ipsum proximiorē agnatū, vel cognatū spectet, petit sibi eam decerni cum administratione bonorum dictorum pupillo-*

pillorũ omni modo meliori &c. & libello præsentato, Iudex interloquitur quod *capiatur informatio de expositis summaria, qua capta prouidebitur.* & constito per duos, vel tres testes de proximitate, & gradu eius propinquiori, ac pupillorum statu, præcedente instantia agnati, vel cognati prætendentis tutelam, quod *quia credit constare de proximitate, ac eius bono iure, instat pro decretatione tutelæ, & administratione*, bifariam procedi potest, vel quia iudex decernet in hunc modum, scilicet, quod *tutela N. decernatur in eum cum administratione, dummodo prius adimpleat de iure adimplenda non aliter, nec alio modo.* Vel melius quod, *adimpleat de iure adimplenda, vt inde prouideri possit*, tum facto inuentario, præstito iuramento de vtilia agendo, & inutilia prætermittendo, ac alijs completis solemnibus modo præmisso, ac alia præcedente agnati, vel cognati instantia, fiet decretum tenoris suprascripti, iam formatum in testamentario, quo ad administrationem, & tutelam, & ita potest intelligi doctr. suprascripta Bal. in d. l. facultas, & Bar. in d. l. legitimos in princ. quod vltra decretum, scilicet de proximitate, & quod adimpleat, requiritur, quod decernatur administratio. * adde. Et de istis solemnibus plenè agit Guttier. c. 12. nu. 30. cum seq. sine quibus tutor dicitur illegitimus, cuius illegitimitatis exceptio in quacunque iuditij parte opponitur l. 2. vbi Salicet. C. de eo, qui pro tutore segeslit.

Sed iuxta præmissa circa decretum administrationis bonorum pupilli admonendi sumus, quod si sunt plures tutores dati
34 in testamento, vel à iudice, cũ insolidum dati censeantur, & in solidum administratio competat, l. 2. C. de diuidend. tute. & habetur in l. Diui Seuerus, & Antoninus, ff. de adm. tutor. & quis eorum dubitat de alterius mala administratione teneri, poterit, non obstante, quòd testamentarij sunt à fideiussione immunes, offerre satisdationem rem pupilli saluam fore, & solus administrationẽ obtinebit. Nisi etiam alius voluerit satisdare, l. testamento datos tutores, ff. de testam. tutela. §. sed si ex testamento, inst. de satisd. tuto. intelligas autem id, pro ut Aret.
35 ibi intelligit, quòd ille, qui vult solus administrare, non potest satisdationem offerre; sed debet electionem dare cõtutori, quòd aut ipse solus gerat, & satisdet de indemnitate pupilli, aut indemnitatis satisdationem accipiat, & se contutorem administrare permittat solum. Hic autem mihi aduerto, quod non omnimodo, qui satisdare vult, est præferendus, si enim est su-

ſpecta perſona, vel turpis, etiam ſi ſatiſdationem offerat, audiendus non eſt, ſicut ſatiſdare nolens è contra, ſi probus exiſtat, repellendus non erit; ſed omnia cum cauſæ cognitione fient iuxta tex. in d. l. teſtamento §. fin. Mont. c. 32. reg. 7. num. 88. Et quando offerenti ſatiſdationem alter contutor reſpondet, quod etiam ipſe vult ſatiſdare, id quod poteſt, d. l. teſtamento, §. nam & ſi ipſe: tunc præferendus eſt magis idoneus facta comparatione perſonæ tutorum inter ſe, & fideiuſſorum, quos præſtant, & offerunt, tex. eſt notabilis in l. quod ſi plures, ff. eodem de teſtam. tute. * Guttier. de tutel. p. 1. c. 14. nu. 2. Tamen ad euitandum euitanda contutor ſiue teſtamentarius, ſiue datiuus, qui timet ne teneatur pro altero, vel curet ſe eligi à maiori parte tutorum, vt ſolus gerat, & adminiſtret, ac obtinebit d. l. ſi nemo tutorum §. ideoque ff. de teſtam. tute. l. ſi plures, quæ eſt 3 ff. de admin. tut. * adde, Marſ. ſing. 376. Socc. in reg. 143. incip. Factum Turzan. communi opin. nu. 54. qualiter autem intelligatur maior pars, docet Bar. in l. ſi vni q. 3. ff. de re iudica. Deci. & Felin. in cap. cum omnes nu. 17. & 30. de conſtit. alijque adducti à Manz. q. 3 q. 3. principalis nu. 8. circa medium. Guttier. p. 1. cap. 14. nu. 3. vel iudex attringet ad id tutores teſtamentarios, qui ſi non conuenerint, ipſe eliget, & electus adminiſtrabit: Ratioque eſt, nam facilius vnus tutor actiones exercet, & excipit, expeditque, ne per multos tutela ſpargatur l. 3. §. apparet ff. de admin. tutorum. Hic eſt illud.

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

Glo. in d. §. apparet. Niſi tamen velint omnes gerere, quia fidem electo non habent l. 3. §. fin. ff. de admin. tutor. Mont. reg. 7. à num. 84. vſque ad 91. ideo bene erit, vt quando id præſciri poteſt, curet timens diuidi adminiſtrationem, vel exercitium tutelæ à iudice d. §. fin. in fine. Quæ diuiſio * adde, cæteris inuitis fieri debet teſte Bar. in d. l. 3. quod ſi plures §. ſi non erit, ac alijs relatis à Manz. vbi ſupra, & tunc omnes ſatiſdabunt, & alter alterius oblatione non excludetur l. qui negotiationem §. teſtamento ff. de adminiſtr. tutor. & diuiſio hæc bifaniam fieri poteſt, vno modo quod ad exercitium tutelæ decretæ in eodem loco, alio modo per limitationem ipſius tutelæ, vt quia vnus tutor datur in patrimonio Italico, & alius Prouinciali, vnus patrimonio talis Ciuitatis, vel loci, & alter alterius, ita Bald. in d. l. 2. per notata in l. 1. C. vbi petant tutor. & eſt tex. in l. ſi tamen ff. de teſtam. tutela, & l. 4. ff. de admin. tut.

tut.& sic vnus de alterius facto regulariter non tenebitur, l. si duo, ff. eodem. Dixi regulariter, quia fallit in pluribus casibus, in quibus pro alterius administratione alter tenetur. Primus est, quando contutor non fecit dolosum, vel culposum tutorem vti suspectum remoueri * Manzin. vbi supra. Secundus si intētauit suspitionis causam, & dolose collusit faciendo se superari, & sic contutorem accusatum suspectum non remoueri, d. l. 2. C. de diuidend. tute. Tertius, quando eundem bona non habentem, vel dilapidantem ad satisdationem nō coegerit ita, quod non soluendo effectus est, glo. in d. l. 2. vbi Bal. dat rationem, & tres tutores §. fin. ff. de admin. tut. & l. etiam ff. eodē. Quartus, si vnus alterum non instruxerit super eo; quod alter nescit ad suam gestionem pertinere, glo. vbi supra per l. Titium §. tutores, ff. de admin. tutor. Mont. c. 39. num. 170. cum pluribus sequen. Hinc melius, & cautius est, vt timens de contutore testamentario, administrationem à testatore solus obtineat, vel alteri deferri, & concedi faciat iuxta terminos d. §. fin. l. 3. * Manz. quo supra loco num. 8. circa mediū, Mont. vbi supra n. 176. pro vt ego aduerti in tutela filiarum Andreę Frangicaroli instructus periculo hæredum mei soceri, qui pro contutorum gestis condemnati fuerunt, atque
38 soluerunt. Notabis autē, quod licet is, qui obtinerit à testatore administrationem solus ex pluribus tutoribus nominatis, debeat ita à iudice confirmari, vt solus administret, nec cæteri se se ingerant l. 3. §. si parens & §. tantundem ff. de adm. tut. attamen, quod aliquādo ab hac testatoris volūtate recedi possit à iudice ex causa, puta si testator fuerit minor vigintiquinque annis de iure communi, & decem & octo de iure Regni, & non bono consilio id egerit, vel id mādauit testator eo tempore, quo hic tutor electus, vt solus administret, erat bonæ vitę, vel frugi, deinde ignorante testatore malè conuersari cœperit: vel si id fecit huius tutoris facultatibus attentis, quibus inde spoliatus est, dixit tex. notab. in d. l. 3. §. quamuis * Guttier. p. 1. c. 14. n. 3. Mont. c. 7. n. 10. & 11. vbi tunc curatorē ei adiungi docuit. Et casu quo electus à testatore, idoneus quoq; à iudice reputatus fuerit, non
39 erit adeo liber circa administrationem, vt cæteri contutores, qui honorarij dicuntur secundum ea, quæ diximus in prima rubr. nu. 6. non possint aduertere circa multa, quæ ibidē notauimus ex tex. d. l. 3. §. constat, per quem est videre. Et specialiter, statim atq; cogno-

uerint tutorem adminiſtrantē percepiſſe ex bonis pupilli quātitatem pecuniæ, curent illam deponi ad prædiorum comparationem, ea verò ſumma non debet eſſe exigua; ſed tanta, quæ poſſit ad prædium comparandum ſufficiens iudicari, & quoniam id nō facilè cognoſci poterit, & in iure determinari, deueniendum eſt ad factum, & ſic ad cauſæ cognitionem, qua conſtito quanti prædia talia, & talia ſunt, vel futura iudicantur venalia, ſi ea pecunia extat, deponi ſtudeant; ſic etiam ſi occurrit emptio annuorū introituum, tex. eſt ibi notatur in l. ità autem in princ. ff. de admin. tutor. aliàs tenebuntur pupillo d. §. conſtat, & §. aſſiduè, & ſi poſt depoſitionem tutor adminiſtrans prædia venalia, vel annuos introitus comparare neglexerit, ad intereſſe, & vſuras tenebitur, l. tutor qui, §. ſi poſt depoſitionem, ff. de admin. tut. Quomodo autem, & quatenus conueniātur plures tutores dati ad reddendum rationem adminiſtrationis, videbimus infra rubr. *Rationem reddat, & reliqua* cum Bar. in l. 1. C. de tranſact. & Aret. in d. §. ſed ſi ex teſtamento nu. 6. Et hæc pro hac rubrica, & tota prima parte huius Practicæ dixiſſe ſufficiat.

Io. Paulus Galterius V. I. D.

SECVNDA PARS.

In hac ſecunda operis parte videndum eſt de ijs actibus, qui fiunt à die decretæ adminiſtrationis, vſque ad tempus pubertatis pupillorum, & finis tutelæ, quæ diuiditur in quinque rubricas ſequentes.

Tum Perſonæ pupilli curam gerendo. Rubr. Prima.

SVMMARIVM.

1 *TVtor principaliter perſonæ, & in conſequentiam rebus datur.*

2 *Negare alimẽta occidere eſt.*

3 *Pupillus vbi educetur arbitrio remittitur iudicis, qui quædam attendat.*

4 *Pupillus regulariter apud tutorem educari debet.*

5 *Pupillæ an ſint educendæ e domo eius cui pater commiſerit?*

6 *Mater circa pupilli, vel pupillæ filiæ educationem an, quando, & quibus præferatur.*

7 *Conſanguineus eripiens à manu matris filiam indigno maritare volentis non punietur.*

8 *Perſonæ penes quas poſt matrem educandus eſt pupillus.*

9 *Quæ, quantaque alimenta ſint pupillis præſtanda.*

10 *An tutor alere debeat ex bonis pupilli matrem, ac ſorores puberes?*

11 *Tutor alens pupillum egenum de ſuo, an ab eo diuite effecto expenſas repetat?*

12 *In alimentis an, & quando æſtimatio quãtiplurimi debeatur?*

13 *Tutores pupillos animi bonis imbui curare debent, ac ſcientijs, ſi bonæ ſint indolis.*

14 *Tutor quando, & cui pupillam maritare debeat, & poſſit, & nu. 18.*

15 *Mulieres ſunt de rebus, quæ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt.*

16 *Peccans in corpus ſuum poſt annum vigeſimum quintũ non poteſt exhæredari, neq; alimentis à patre priuari.*

17 *Tutor an pro pupillæ maritagio aliquid à ſponſo eam prætẽdente accipere poſſit?*

18 *Iudex pupillam quando recomendare, & ſequeſtrare debeat.*

19 *Tutor an arrogare, vel adoptare poſſit pupillum?*

20 *Pupillæ puberi effectæ, ac ſe maritare volenti pro dote conſtituenda, vel conſtitu-*

ta augenda tantum curator dabitur.

1 CVM tutor principaliter personæ detur,& in cōsequentiam rebus l. in copulandis C. de nuptijs §. certe inst. Qui testa. tut. dar. poss. * Manz'n. 3.q. 2.q.princ. num. 3. adeo posita est post tractationem solemnium rubrica ista, circa quam plura sunt per tutorem consideranda, & primo vt ipsam defendat l.fin.§.defensionem C. de admin.tutor.& quoniam principalis defensio est vitæ ipsius pupilli, aduertat, vt ipsum forte inquisitum tueatur iuxta dicta in præcedenti rubr. 2 nu. 20. inde alimentet, cum sit quod præbere alimenta est vitam protegere, sicut negare est necare l. vel necare ff. de liber. agnoscen. Hinc est quod circa id videndum est de duobus,primo,vbi pupillus educari debeat. Secundo, quæ quantaque ei sint * alimenta præstanda, *adde, si dixerimus quod consanguinei possunt comparere coram iudice, vt prouisio fiat super pupilli educatione Fabius de Anna cons. 33.nu.13.

Circa primum adeo antiqua, & frequens fuit huiusmodi disceptatio apud maiores, vt instituerint Rubricas particulares, *vbi pupillus educari debeat*, 3 in Digestis, & Codice. Et conclusum fuerit id dependere ex arbitrio iudicis', qui attenta dispositione tex. in l. 1.ff. eodem, statuet id ex persona eius, apud quem morari debet, qui. s. pudicitię eius non insidietur l.pen. * ff. vbi pup. educ. debet * adde, Fabius de Anna cons. 33. nu. 1. Menoch. de arbitr.iud.lib.2.casu 169. Dñus de Franch. decis. 350. & sunt allegata à d. annio filio ad patrem sing. 395. & vide Alphan. in collect. 470. Ex conditione .s. an sit agnatus,vel cognatus, vilis,vel honesta persona, & morigerata, & ex tempore, vt .s. si pupillus sit minor triennio iret apud matrem, vt ibi glo. exponit, vel an is, apud quem iudex pupillum morari velit, sit ei mortuo successurus l.1. C.eodem in fine. si enim est substitutus pupillo, apud eum ali non debet, ne propter causam sucessionis vitæ pupilli insi- * dias paret *adde,& est videndus Card.Paris cōs.56.vol.1.Guido Papa dec.536.Cagnol. in l. hoc colore ff. de inoff. testam. & si forte pater aliter statuerit, potest à patris voluntate recedere, arg.l.2.ff. eodem, & inferius dicemus, Mont. c. 32.reg.9.nu. 236. & nu. 260. vbi adducit historiam Milesiæ, de qua in l.Cicero ff.de pœnis, ac etiam tutoris olim crucifixi ab Imperatore Sergio Galba, qui pupillum successionis causa veneno necarat.

4 Hinc constituas conclusionē, quod

quod pupillus regulariter apud tutorem educari debet, Corn. consf. 198. nu. 20. lib. 1. allegat Salyc. in d. l. C. vbi pup. educari deb. in cuius persona de præterito cognoscemus de futuro c. scribam vbi notatur de præsumpt. l non omnes §. à Barbaris ff. de re milita. Mont. vbi supra nu. 254 * adde. non tamen grauatur tutor, vt necesse ei sit, habitare cum pupillo in eadem domo l. non est exigendum ibi ad tutorem suum proficiscatur, vbi glo. ff. de tutelis Gregor. Lopes allegatus à Guttier. de tutel. p. 1. cap. 1. num. 5. dixit regulariter. Quia si à patre nominatus est quis, apud quem pupillum morari voluerit, tunc ab eius voluntate non est regulariter recedendum d. l. 1. ff. vbi pup. educ. deb. * probat Gutt. p. 2. c. 8. nu. 2. Dixi regulariter, quia si persona electa esset inhonesta, prodiga, & suspecta, & deteriorem pupilli cõditionem faceret, à iudice decernetur apud eam educari non debere pupillum pro eius vtilitate, nec voluntatem testatoris seruandam Crau. consf. 190. nu. 9. consf. 18. nu. 2. Socc. consf 193. nu. 2. vol. 2. Duran. de arte test. tit. de tut. & execut. cautela 5. * adde plures citat, & sequitur Guttier. p. 2. c. 8. nu. 4. & 10. dixi etiam regulariter, quia si tutor talis sit, vt deficiente pupillo eidem succedere debeat de iure melius est vt apud propinquos alatur eius successionem non expectantes ita per plura Guttier. p. 1. c. 1. nu. 6. & p. 2. d. c. 8. n. 6. & 29. secũdo dixi regulariter, quia quando est mater vidua, quæ ad secundas non conuolauerit nuptias, nulli magis quam ei pupilli educatio committenda est, ita tex. in l. 1. C. vbi pup. educ. deb. etiam quod ei sit ab intestato successura, vt ibi per Docto. & per multas Doctorum authoritates annuit, * adde Guttier. d. c. 8. num. 7. ex Barbat. consf. 60. col. 14. lib. 3. & num. 9. nisi sit vilis, & turpis ex Bald. consf. 487. Caualc. n. 301. vbi dicit, quod hoc relinquitur arbitrio iudicis regulato à iure communi scripto, & non scripto, sed approbato, & non arbitrio sui capitis, allegat tex. in d. l. 1. Alex. consf. 3. nu. 8. consf. 140 n. 8. c. 33. nu. 3. vol. 1. & consf. 131. nu. 8. vol. 5. Guttier. par. 2. cap. 8. num. 5, Monta. vbi supra num. 239. & 241. vbi quod mater quo ad hoc præferetur fratri pupillo adulto per l. possessionem, C. communia vtriusq; iudicij, vbi ordo literæ præfert matrem, Gramm. decis. 55. in fine, Menoch. casu 168. num. 8. de arbitr. iud. Surd. de alimer. titulo 4. q. 13. num. 10. cum seqq. Guttier. d. c. 8. num. 15. nisi expediat pupillo educari apud fratrem, quod iudex arbitrabitur, Socc. consf. 193. lib. 2.

nec maternis lacrymis moueri debebit, teste Bald. cons. 487. in fine lib. 5. Iasone in cons. 237. lib. 2. Guttier. d. c. 8. num. 16. id quod extendit Monta. vbi supra num. 246. & seq. in sorore pupilla, vt educetur apud fratrem, etiam si frater sit ei substitutus, quoties extat coniecturata patris voluntas, cum suspitio militet in extraneũ prorsus substituto * adde, vt perallegata ab Anna vbi supra num. 5. ibidem ibi non in fratre, adde Guttier. ex Menocch. & alijs d. cap. 8. nu. 7. quod tamen ipse non probat; sed sequitur Surdum de alimen. tit. 4. q. 13. nu. 31. & 32. contra Menocch. decidentem, nisi pupilli patrimonium tenue esset, & successuri, vel substituti magnum, qui esset bonæ famæ, vitæ, ac morum, quo casu ex ijs, & alijs præsumptionibus Menocchij opinio saluari posset non in fratre. Si vero mater ad secundas nuptias conuolarit, & inter eam, cognatos, & tutores fuerit orta cõtrouersia, vt quia mater penes se filios educari appetat, vel alijs committendã educationem dicat, tunc iudex inspecta qualitate, personarũq; coniunctione iuditium suum, cui necessario stabitur, proferet: ita tex. in d. l. 1. C. vbi educ. debet. habetur per Bald. citato cons. 487. Guid. Papæ dec. 539. & plenè per Afflict. decis. 183. Vnde est, quod si in casu transitus ad secundas nuptias occurret quæstio, & mater non est successura pupillo ab intestato, vt quia haberet substitutum, vel ex particulari statuto, vt est Neapoli, successione priuaretur ipsaq; & vitricus essent honestæ vitæ, quod iudex arbitrari debeat apud eam pupillum educari debere, ex pluribus dixit decisum vigilantissimus præses de Franch. in S. Cons. in causa Beatricis Caracciolæ vxoris tunc Herculis Sanseuerini, vt in sua decis. 350. * adde, pluribus authoritatibus cõprobat Guttier. p. 2. c. 8. num. 22. secus si mater est ei successura, vt per eum num. 23. etiam in parte hæreditatis, vel esset vidua, & inhonesta nu. 25. Idq; procedit sine scrupulo quando pupillus est masculus. Quod si est fœmina, & potest esse aliqua suspitio, quod mater, vt morẽgerat marito suo vitrico pupillæ, affectet illam collocari alicui mariti consanguineo, vel amico dispari, & inæquali, vel ratione nobilitatis, vel (id quod iudex debet diligenter mirari) facultatum, vel morum: tunc nequaquam ei committenda est, quin potius commissa ex eius manibus eripienda, & vel apud honestam matronam, vel in tuto loco, & aliquo Monasterio Virginũ collocanda; Annius pater singul. 395. * adde Annius filius vbi supra nu. 10. & ad singulare

pa-

patris, vbi quod possunt iudices ponere puellas ad manus suas: Verum quod in hoc debêt morem gerere puellæ affectanti, & petenti se reponi in domo alicuius honestæ personæ, & matronæ, cui confideret, docet D. Cons. Rouit. ad prag. 9. de Baron. num. 1. Capoblanc. ad d. prag. num. 4. & 5. Id quod procedere etiam in tutore latissimè pertractauit Aymon cons. 180. & cons. 190. ratio est, vt animi libertate matrimoniū ineatur, c. Gemma de sponsal. Caualc. n. 305. Quinimo idem Crau. d.
7 cons. 18. putauit excusandum tutorem consanguineum, qui eripuit propria authoritate pupillam à matre volente eam indigno maritate, vt ibi latius est
* videre, * adde, probat Guttier. d. c. 8. num. 14. & an pupilla sponsa committenda sit sponso, vel eius patri agit d. cap. 8. num. 19. cum seq. Quod notes, nam vix accidit, quin educatio absq; particulari animi propēsione, & voto appetatur. Quæ considerans ego dudum quasdā meas pupillas nolui committere aliquorum agnatorum, vel cognatorum educationi, ne vel in casum inciderem positum ab Aymone d. cons. 18. Vel in graue damnum, iacturam bonorū, ac vitæ periculum succedente aliquo in mei contemptum, edoctus casu sequuto inter nobiles quosdam pares, ex quibus cum vnus alterius pupillam genitrice consentiente matrimonij causa stuprasse diceretur, que relatus inquisitus, demum captus, & inde à carceribus habilitatus fracta, & soluta fideiussionis pœna exul effectus inimicitias fomentauit, ex quibus vltra aliquorum necē vtriusq; partis pretiosa suppellex penè tota consumpta est. Secundo
8 loco cessantibus præmissis suspitionibus committendus est pupillus, vel pupilla auo materno, vel auiæ maternæ non obstante spe successionis propter immensum amorem, quo ascēdentes descendentes prosequi creduntur, cum per eos nomen eorumdem perpetuetur, vt dixit Callistratus Iureconsultus in l. liberorū in fine, ff. de verb. signific. ac nullus sit amor, qui vincat paternum, & sic omniū progenitorum, l. fin. C. de curat. furioso, l. nec in ea, ff. ad l. Iul. de adulr. Caualc. vbi supra num. 30. Mont. vbi sup. n. 251.
* adde Guttier. d. c. 8. num. 11. & fuit decisum in Regno, vt per Gramm. decis. 55. num. 3. nisi esset suspecta, quia pupillæ nuptias intempestiuas procurasset auia, vel cœpisset bona dilapidare, vel ad secunda vota transisset, vel luxuriosè, aut aliter inhonestè viueret, vt per eum num. 12. Tertio Caualc. educari debere dixit penes patruos agnatos non habentes filios, ꝙ si ha-

si haberent, tunc apud auunculos non successuros, & si pupilla esset decennio maior, vel natura & malitia supplerent ætatē, tum propter votum captandæ mortis vitandum, tum pudicitiæ violandæ timorem id fieri debere docuit Aret. in §. actionum nu. 48. vers. vigesimo per allegatos ab eo, quos vide. Et si plures sunt idonei, & non suspecti, tunc iudex debet certiorari à non habentibus interesse de bonitate, dignitate, honestate, integritate, & qualitate illorum, factaq; consideratione ei, qui ex ijs meliorem pupillo conditionem offerat, pupillum assignare, & committere debet, etiam quod is esset extraneus, maximè stante controuersia agnatorum, vel cognatorum, Dilect. de arte testan. tit. de tut. & execut. caut. 5. * adde, & in summa iudex hoc casu assumet personam patris pupilli, & pro eo faciet, quod faceret si ipse esset pupilli pater, vt sepius dixit Guttier, & maximè d.c.8. num. 26.

9 Quo ad secundum dico, quod alimenta pupillo decerni debēt arbitrio iudicis, qui debet moderari summam, quam tutores pro pupillorum alimentis præstare debent, l. ius alimentorū, ff. vbi pupillus educa. deb. & in hac moderatione attendere debet quantitatem patrimonij, & fructuum, siue introituum; ex quibus, & non proprietate alēdus hoc casu est, Bar. in l. pen. ff. de alimen. & cibar. legat. * adde Guttier. p. 2. c. 3. num. 3. & num. 10. docuit, quod vltra redditus non est expendendum in alimentis pupillorum, l. mediterraneæ ciuitatis, vbi Ioan. de Platea C. de anno. & tribut. lib. 10. c. sopitæ, & c. cum nuper de censibus, nisi tamen modicū habeat patrimonium, ita quod redditus non sufficiunt, quo casu potest tāgere proprietatem, & eam vendere pro alimentis ex Alber. in d. l. ius alimentorum, plenè Monta. c. 32. reg. 9. num. 224. pupillorum qualitatem, & ætatem, vt ea aucta, & adulta augeantur alimenta, ac etiam regionis consuetudinem, ita tamen, quod ex redditu sēper aliquid supersit, quod qui facit pauper non erit, docente glo. notab. in auth. vt determin. sit numerus clerico. col. 1. vers. sed ex ijs, & hoc quando patrinium est mediocre: sed si est satis amplum, decernet secundū quod exhibitioni frugaliter sufficit d. l. ius, §. modum, & §. in amplis Mont. vbi supra nu. 225. cum pluribus seq. decernet autem pro seruis, pro seruabus, tecto, vestibus, & cibarijs secūdum omnium ætatem d. l. ius, §. ante oculos, & quod tutor post Nouembrem debeat emere, & dare vinum nouum ad bibendum, vt minus expendat, habe-

habetur in l. iubemus, C. de erogat. milita annonæ lib. 12. Verum ne circa ea fit controuersia inter tutorem, & puberẽ eff' ctum, curet dum est in tutela tutor omni diligentia illa à iudice taxari, & moderari l. 2. vbi Bar. tradit hanc cautelam, C. de alimen. pupill. præstan. qui tamen vltra vires hæreditatis, etiam ex præcepto testatoris, taxare non debet d. l. 2. §. hoc amplius, & §. sed si pater ff. vbi pupill. educar. deb. * adde. Quod si pupillus non habet in bonis, nisi res mobiles, quid tunc efficiet, vide tex. vnde sumitur auth. nouissima C. de admin. tutor. in auth. vt ij, qui obligatas se perhib. haber. res minor. de alimentis autẽ plura, & quæ veniant sub ijs latè agit Menoch. lib. 4. præsumpt. 157. & quod in ijs decernendis attendatur consuetudo, & cautus, ac prudens tutor aduertet, vt taxari faciat à iudice iuxta qualitatem, & conditionem personarum, quantitatem patrimonij, & loci consuetudinẽ, ac præcedente quadam causæ cognitione summaria, Guttier. vbi supra c. num. 15. Et hoc quando defunctus, seu pater nihil decreuit circa alimenta, ꝙ si statuerit ea sunt præstanda, & reputanda per tutorem, & curatorem, nisi fortè vltra facultatum vires taxauerit, ac statuerit; tunc enim adito prætore adeo alimenta minuentur, vt si quid tutor prætermittat, ei imputabitur. l. officio, §. fin. ff. vbi pupill. educa. debet. per quẽ ita Guttier. vbi supra num. 11. & quod ipse minuere etiam potest num. 13. quod si tam modica pater constituerit, quæ ad alendum non sufficiant; tũc tutor præstabit pinguiora vsque ad decentem quantitatem, l. & si quis, §. quicquid ergo, ff. de religios. & sumptib. funer. refert & sequitur Guttier. vbi supra num. 12. Sed dubium est, an

10 tutor debeat alimentare matrem, & sorores pupilli, sub audias tu, puberes, & maiores, quę alias se substentare nequeunt? Et dicas quod sic etiam absque iudicis decreto, l. 1. §. sed & si ff. de tut. & ration. distrah. & l. qui filium ff. vbi pup. educa. deb. aliàs tenebitur iuditio tutelæ, si id prætermiserit secundũ Mõt. d. cap. 32. reg. 9. nu. 152. 153. & sequen. * adde, Guttier. in sororibus p. 2. c. 3. num. 17. cum seqq. vbi an, & quando frater teneatur alere fratrem per sex ampliationes cum limitationibus, de quibus ibi per eum n. 26 & per Surd. de alimen. tit. 7. q. 15 per totam, & hoc (vt diximus) quando mater est egena, & filius diues d. l. 1. §. præterea ff. de tut. & rat. distr. Iodoc. de tut. & cur. munere c. 5. n. 51. quodq; id, si controuertatur, sit articulandum, & probandum docuit

Cala

Calà in suo tractatu glo. vnica, §. 2. q. 469. num. 1163. Verum quod pro alimentis, & impensis factis ipsis pupillis eorum bona non sint tutoribus hypotecata, dixit plenè Monta. c. 31. effectu 2. num. 40. quia non re-
11 peritur lege cautum, & erubescimus, &c. l. illam, C. de collat. sed tamen, quod tutor eas repetere possit, si de proprio aluerit pupillum egenum, qui ad pinguiorē fortunam peruenerit, dixit tex. in l. 3. ff. de contr. & vtili tut. actione, per quē ita Iodocus de tut. mercede nu. 34. in d. suo tractatu. Quid
12 autem dicendum quando alimenta deberentur ex dispositione hominis, & iure actionis, vel iure naturæ, & miserationis causa, & officio iudicis peterētur, & an, & quando in ijs crescat æstimatio quanti plurimi, & quo vsq; videndus est Caualc. num. 241. quod nota quando legantur vxori alimenta à marito, vel ab alijs, vel quando eidē aliter deberentur, vel alijs. Hęc quo ad curam pupillorum, quatenus ad corpus attinet.

12 Veniamus ad bona animi: circa quę aduertat tutor, vt pupillum, vel pupillam instrui faciat bonis artibus, & disciplinis, & si magistrum gratis pupillum edocentem non habet, constituat ei salarium iuxta facultatem ipsius, & dignitatem natalium l. cum plures §. cum tutor ff. de administr. tutorū
* l. fin. C. de alimen. pupillo præstan. manz. 3. q. 2. q. princ. n. 2. Ratio quia non tantum rebus, sed moribus tutores dātur, arg. l. in copulandis, C. de nuptijs, & §. certæ, inst. qui testam. tuto.
* adde, d l. cum plures, §. tutor, ff. de admin. tutor. Manz. 3. q. 3. q. princ. num. 10. & §. tutor Piagg. q. 7. num. 37. Iodoc. c. 5. num 60. Monta. c. 4. num. 15. & seq. vbi ex Iureconsulto in l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. deb. ad pupillas extendit. Et si secus fecerit tutor, tenebitur de negligentia, dicetur esse in lata culpa, & contra eum poterit in litem iurari de damno, & interesse secundum Plotum allega-
* tum à Caualc. num. 275. *adde & Manz. vbi supra in fine, & sequitur Guttier. p. 2. cap. 3. n. 2. vbi quod in casu negligentię iuretur in litem nō putat verum, quia sine vlla lege cæteri id firmant. Vnde curabit, vt vita pupilli à criminibus, & res eius ab iniuria impiorum seruetur, c. 1. 12 q. 1. glo. in c. duo ista 33. q. 4. & in Clement. quia contingit de religios. domibus Iodoc. c. 10. num. 38. Manzin. vbi supra num. 16. Mon. vbi supra reg. 9. num. 286. Mercedes autem iuxta modum prædictū, & non quam minimas poterit soluet magistris, ac etiam attēto ingenio pupilli erogatas imputare tutori iudex debet, aliàs

secus,

secus, si malę esset indolis l. 2. C. de alimen. pup. præstan. Rom. cons. 425 refert * Manz. vbi sup. Guttier. p. 2. c. 3. nu. 1. Mon. d. c. 32. reg. 9. num. 145. Secundo admonitum velim tutorem, vt pupillam tempore debito honorificè maritet, seu spõsalibus coniungat idoneo qualitate, & facultate, quod faciet consentiente pupilla, l. si puellæ ff. de sponsal. dum tamen destinato iam à patre sponso, cui illam regulariter iungere tenebitur, alio non coniungat l. si pater pactum, C. de sponsal. & arrhis: Ratio est, quia sæpe redimi huiusmodi nuptiæ, & sponsalia à tutoribus, & puellæ decipi, & aduersus propria commoda laborare solent, vt in tex. d. l. si pater. Dixi regulariter, quia, si destinatus à patre sponsus ex bono efficeretur barattarius, tutor poterit à lege patris voluntate recedere, & alteri iungere, ita per tex. in l. vtilitatem ff. de confirm. tuto. dixit Bald. in d. l. pater nu. 3. in fine, facit l. si hominem, ff. mandati. Secundo si non accedat puellæ consensus in eum, quem pater destinarat; posse enim dissentire, à patris voluntate recedere, & alteri nubere eam de iure canonico, quod attenditur, dixit Bal. vbi supra num. 4. Licet, si indigno nupserit contra patris viuentis consensum, & voluntatem, olim exhæredari poterat, l. non tantum §. si emancipatus ff. bonor. poss. contra tab. quod hodie nõ procedit §. causæ, in auth. vt cum de appella. cognosc. Host. Abb. & cæteri communiter in c. 1. de dispens. impuber. & de communi testatur Iodoc. de tut. mun. cap. 9. num. 92. sed ei dos minuetur à patre. Aduertas autem, quod non sine ratione dixi, quod tutor maritet tempore debito, & honorificè, nam si eam ante tempus circa patris voluntatẽ, & mandatum in testamento, & non condigno maritare voluerit, quod sit in totum remouendus vti suspectus, diximus infra rubr. *Ne si vti suspec.* num. 11.

15 Verum ego parentes hortor, vt tutoribus mandent (quoniam mulieres sunt de rebus, quę seruando seruari nõ possunt, teste Iodoco c. 6. nu. 97.) vt filiabus, & pupillis accelerent nuptias ne vrantur, neve aliud committant turpius, & sua familia indignius iusta doctr. glo. in l. oratione, §. 1. ff. de ritu nuptiar. & dum viuunt parentes ipsi id faciant scituri, quod si vsq; ad vigesimum quintum annum differant; tunc (licet ante hoc tẽpus alias) si in suũ corpus pec-
16 cent, non poterunt ab ipsis exhæredari, neq; alimentis priuari, auth. sed si post, C. de inoff. testam. & §. si vero in auth. vt cum de appell. cognoscitur, Iodoc. vbi supra num. 8. quod notaui

tam

taui in casu, qui nostris in regionibus præteritis mensibus contigit. Et Neapoli aduertant fratres, vt sorores maritent in anno 16. alias (licet stantibus ipsis masculis nõ succedant ab intestato parenti cõmuni mortuo, sed dotentur de paragio, Cõst. in aliquibus) eo finito masculiatæ efficientur, & vti masculi pro æquali succedent portione, vt cauetur in consuetud. Neapol. incip. si moriatur §. ex de succ. ab intest. quod notet tutor. * ad le. Sed si quæratur, an dotet tutor ex bonis pupilli, tam sororem vtrinq; coniunctam, quam vterinam tantum? Dicas, quod si dos est constituẽda vsq; ad legitimam, siue vltra, tunc sororem ex eodem patre natam, sibiq; vtrinq; coniunctã dotabit tantum. Si vero dos est constituenda iuxta alimenta, vt scilicet viuat, tunc tenebitur dotare etiam vterinam fororẽ, & probat hãc esse communem opinionem Guttier. loco citato num. 34. & 35. cap. p. & quod hoc casu cogantur tutores, absq; decreto iudicis, si tamen bona in mobilia nõ alienentur pro constitutione, & solutione dotis Guttier. num. 37. & poterunt quoq; vltra dotem dare alia .s. iocalia, vestes. ex Thessaur. dec. 192. nu. 9. idem Guttier. nu. 38. competentem tamen dotem assignabit pupillæ; quod si supra vires patrimonij dotem promiserit, an teneatur de proprio, & quid dicendũ? vide Guttier. distinguentem plures casus p. 2. c. 11. per totum, & vide l. cum post morem ff. de admin. tutor. de pæna verò tutoris stuprantis pupillam est tex. in l. vnica, C. si quis eam cuius tut. fuer. corrup. Iodoc. meminit c. 20. num. 71. vbi de priuilegio Brugensi, cui respondet priuilegium Neapolitanorum quo ad bonorum publicationem, & confiscationem, quę sublata est, vt in priuilegio, seu cap. 14. Cath. Regis fol. 41. in libro meo. Verum quod in eius pœnæ locum alia iudicis arbitrio sit subroganda, vide per eum.

17 Sed iuxta præmissa pone, quod tutor nomine pupillæ consentientis contraxit spõsalia cum aliquo amico, vel eius consanguineo vndequaq; idoneo, & ab eo accepit centum ratione sui cõsensus, & in boni (vt inquiũt) offic j palmarium, & paraguantum, an possit ea retinere, vel pupillæ restituere debeat? Glossa notabilis in l. qui sine ff. de negot. gestis vers. accepit tenunt, quod potest retinere; quia ab amico accepit, hanc ipsam secutus est Gulielmus de Ludo singul. 41. Glossa est, quem refert, & sequitur Caual. nu. 277. Bal. vero ibidem num. 4. & 5. tenuit nequaquam posse retinere; sed ad restitutionem teneri

neri pupillæ repetenti rationi-
bus de quibus per eum. Cogita,
quia repetitio difficilis, cũ hoc
palam non fiat, & si Baldi opi-
nio vera erit, potest procedere
* in foro poli * adde. Nouissimè
autem legi Gutt. de tutel. p. 2.
cap. 11. qui num. 10. hanc pro-
posuit quæstionem, & ex pluri-
bus censuit hanc pecunię quan-
titatẽ teneri restituere pupillæ
actione tutelæ, & idem in con-
sanguineo, vt pecuniam, quam
ob id recepit saltim pauperi-
bus elargiri teneatur, & nu. 11.
intulit, quod munuscula gratui-
to data absq; aliqua pactione;
sed sponte ob gratitudinem, &
ratione nouæ affinitatis, vel
amicitiæ benè tutor, vel con-
sanguineus retinere possunt.
Quod autem tutor possit mari-
tare filio suo, vel sibi illam ma-
iorem tamen duodecim anno-
rum (quicquid per legem ciui-
lem in l. 1. C. de interdicto ma-
trimon. & l. non solum ff. de ri-
tu nupt. & l. fin. C. de tempor.
in integr. restit. & per Iason. in
l. venia, C. de in ius vocan. de
iure Canonico est constitutum,
vt per glo. in cap. ita diligere
30. q. 3. quod attenditur secun-
dum allegatos à Caualc. n. 278.
Piagg. q. 15. num. 58. & seq. &
* Mont. c. 31. num. 27. * Guttier.
p. 2. cap. 12. num. 8. Et si est
19 discordia inter agnatos, & co-
gnatos, quòd iudex possit reco-
mendare, & sequestrare pupillã
in tuto loco, vel penes fidum
hominem, ac suum in ea mari-
tanda interponere consensum,
dixit per multa Caualc. n. 305.
& 306. intelligas tu consensum
coadiuuatiuum consensus mu-
lieris, vt eum accipiat, quem
desiderat inuitis agnatis; secus
20 contrarium cõsensui mulieris.
* adde. Et de sequestratione fa-
ciẽda ab ecclesiastico vide Epi-
scopum Iernien. in Praxi Ar-
chiepiscopalis Curiæ Neapoli-
tanæ cap. 14. Verum quod tu-
tor non prohibeatur expende-
re pro nuptijs pupillę, dixit Bar.
in l. curator ff. de admin. tuto.
sicut prohibetur pupillum ado-
ptare, vel arrogare ea ratione,
ne sit in potestate tutoris adop-
tionis colore circa rationes
reddendas, & rem familiarem
eum circumscribere l. nec ei ff.
de adoptionibus, refert, sequi-
turq; Monta. cap. 31. effectu 7.
per totum, vbi excipit aliquot
personas, & vitricum, quibus
21 adoptare, vel errogare datur.
Tandem pro complemento hu-
ius Rubricæ admonendi sumus,
quòd si pupilla adoleuerit, vt
quia sit facta pubes, & hæres, &
voluerit nubere, vt promittere
valeat dotem, vel iam sibi con-
stitutam augere, dandus sit cu-
rator in hoc contractu tãtum,
est tex. in l. non tantum, ff. de
tut. & curat. dat. ab ijs.

Io. Paulus Galterius V. I. D.

Vtiliter agat, & contrahat. Rubr. Secunda.

SVMMARIVM.

na

adeat

SATIS Iuridicè proposuimus hanc Rubricam, cum vnum ex solemnibus tutoris sit iurare pro pupillo vtilia facere & inutilia prætermittere in ipso actu administrationis §. fin. in Auth. vt ij qui obligar. se perhi.haber. ref. minorum. Ad cuius euidentiam scire oportet, quod tutor aliquando agit, & contrahi vtiliter pro pupillo solus, aliquando cũ pupillo .s. eidem agenti, & contrahenti præstando, & accomodando authoritatem, & consensum, cuius authoritatis præstatio nihil aliud est, quam approbatio eius, quod agitur l. etiam ff. de auth. tut. & cura. Agit quidem, contrahitq; solus, quoties pupillus est infans idest septem annos non habens l. 1. 1

§. sufficit ff. de admin.tuto. & l. si infanti C.de iure deliberandi, infans enim cum fari nequeat, stipulari non potest l. 1.& l.mulier ff. de verb. obligat. Præstat vero authoritatem, quando pupillo non infanti, sed maiori septem annis agentis, vel contrahenti assistit, consentit, & approbat id quod ipse agere intendit, & vtile, ac expediens pupillo esse videtur ipsi tutori l. si tutor pupillo nolit ff. de auth. tut. Iodoc.in patrocinio pupill. c. 6.de tut.mun.nu. 42. quo casu ipse tutor solus absque pupillo nihil aget Bar. in l. si infanti C. de iur. delib. Socc. cons. 89. vol. .... est tamen verum quod Monta. c. 30. a nu. 7. vsque ad 18. tenuit infantem minorem septem annis quatrimum, vel trimum, dummodo fari possit, licet,non intelligat quid faciat, & quicquid videt ignoret l. 1.§. impuberis C.de falsa moneta, posse quem cunque actum gerere tutore tamen authorante, & sic solum tutorem hoc casu absque pupillo infante,loqui tamen valente, agere, vel contrahere non posse, & hoc per tex. in l. quamuis §.infans ff.de acq. hæred. ibi *Nam iuditium infantis suppletur authoritate tutoris.* & ibi *nullus sensus infantis*, vbi infans, & sic minor septem annis potest acquirere, & retinere possessionem tutore authore eo, quia fari poterat; atque tex. in l.in negotijs ff. de reg. iuris l. 1. §. furiosum ff. de action. & oblig. in l. pupillus ff. de acquir.hæred.& concordantes adeo minime obstare dixit, vt potius suam probent opinionem, siquidem fundantur ea sola ratione an fari, vel non fari possit infans, & septẽnio minor, refertq; Gallos Parisien.in l. 1. ff. de verb.oblig.n.9.per l. 1. §. sufficit ff.de adm.tuto.dicentes ita practicari in iuditijs, vt is cum tutore agas, atq; subiungentes inde in electione tutoris esse, vt vel pupillũ p se solus defendat, vel vt pupillo se defẽdẽti authoretur.Ego vero putabã,vt si psẽtia pupilli infantis idest septem annis minoris haberi possit, semper actus confici debeant in persona eius,si tamen fari sciat, & tutoris simul authorantis; q si nequiret haberi, vel propter loci distantiam,vt quia pupillus est Cosentiæ, & tutorem oportet à casu stipulari, vel aliud facere in terra Altimontis, vel propter difficultatem, & pericula eundi, & redeundi per nemora, & flumina, & id genus similia, tunc conficientur in persona solius tutoris, cum præsũptio legis sit infantem .i. septẽ annis minorem, vt plurimum fari non posse,vnde infans .i. nõ fans, non loquens, nomen accepit,& lex aptetur ad frequentiora, ff. de leg. l. nam ad ea, & dicenti contrarium incumbit

onus probandi l. verius, ff. de probat. Tu vero cogita. Illud autem annotandũ est hic, quod quoties pupillus agit cum authoritate tutoris, illa debet statim, & præsẽtialiter in illo acto interponi, & expresse consentiendo regulariter, alias actus ille non valebit, l. obligari, §. si tutor, ff. de auth. tutor. l. quæro ff. de eo, qui pro tutore se gessit, §. tutor, inst. de auth. tut. l. 1. §. mutus ff. de tutelis, hinc sola præsentia, & taciturnitas non sufficeret; quia expresse per verba cõsentire debet, Bar. in l. etiam ff. de auth. tuto. & in l. vbi non voce, ff. de reg. iuris Iodoc. de tut. mun. c. 6. nu. 51. per multa Mont. c. 30. n. 34. cum pluribus seq. vbi dixit necessario non requiri ea verba .s. *authoritatem præsto*; sed æquipollentia, & ita practicari, pro vt practicatur; nam hoc modo cõcipiuntur actus, *Talis pupillus cum assensu, beneplacito, & authoritate talis tutoris præsentis, & eius consensum, & authoritatem præstantis*. Dixi regulariter, quia quando is, cuius consensus exigitur, loqui nõ potest, tunc sufficit tacitè præstari .s. nutu, vel signis, Angel. in l. si pater naturalis, ff. de adopt. Secundo non procedit, neq; exigitur in actibus tacitis, in quibus sufficit tacita authoritas sine verbis, Bal. in l. si patruus, C. commu. vtriusque iudic. & Bar. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. & Bal. in l. potuit, C. de iure delib. dum dat exemplum, quod si pupillus maior infante vna cum tutore possessionem hæreditariam est ingressus, videtur per hoc hæreditas legitimè cum authoritate tutoris apprehensa, licet tutor nihil sit locutus, quia hic actus aditionis, siue apprehensionis est tacitus, & circa actus tacitos tacitè loquimur rebus ipsis, & factis, arg. l. cum ostendimus, §. fin. ff. de auth. tuto. ita Monta. per multa vbi supra nu. 43. 44. 45. vbi alias limitationes affert.

Quando autem plures essent dati tutores, quod vnius authoritas sufficiat, est tex. in l. & si pluribus, ff. de auth. tut. l. fin. C. eodem, & l. decreto §. si duobus ff. de administr. tutor. nisi essemus in casibus, in quibus solius authoritas non sufficit, quos quidem videre est in tex. & glo. l. quod dicimus, §. si duo ff. de auth. tuto. inter quos est ille, quando dispositum à testatore fuisset, ne alter sine altero author fieri possit. His *ergo* sic declaratis accedamus ad primã Rubricæ nostræ particulam, &

5 quidem cum verbum *agat* sit verbum genericum, & ad ciuilitatem, & criminalitatem causarum aptum; ideo quo pacto tutor in iuditio ciuili pro pupillo comparere possit, & debeat primo dicendum est, non præ-

termittendo, cum quandoque agens reconueniatur, vel principaliter conueniatur, docere quo modo id fiat, & ad quid tutor, & pupillus teneātur, dicturi postmodum, qualiter agat criminaliter, & præsentet instrumentum iuxta laudabilem ritū M. C. Vicariæ, * adde. Quod vero tutores ad id .s. agere lites pro pupillis teneantur, & in iuditio iusto comparere, docet Guttier. p. 2. cap. 4. num. 1. & seq. vbi quid quādo sunt plures tutores, quod vno libello agāt, vel quod Iudex eligat vnum magis idoneum, cui tamen alij assistant, ex pluribus Gutt. n. 2. Sed antequam ad primum deueniamus curabit tutor, vt diligenter inquirat, an foueat malam, vel bonam, iustam, vel iniustam causam cosulendo peri-
7 ritiores, alias enim vti eligens litē calumniosam ad expensas condēnabitur, & ad eas pupillo tenebitur, l. non est ignotum, ff. de admin. tuto. Panor. in c. 1. num. 34. vt lite non contest. & in c. fin. num. 22. de iuram. calumn. Maran. de ordine iud. p. 6. actu 3. num. 39. Piagg. q. 15. num. 4. q. 19. num. 15. Caualc. num. 49. & 50. vbi dicit in dubio præsumi tutorem litem iniustam mouisse, & calumniatum fuisse, * adde. Prædicta omnia sequitur Guttier. par. 2. cap. 4. plures citās c. 15. & 16. & p. 3. cap. 1. num. 104. & 105. cum seqq. & quod imputet litis sumptus, & moderata salaria procuratorum, & aduocatorū, Guttier. p. 3. cap. 1. num. 142. cum seqq. & num. 145. quòd si tristem euentū lis iustè incepta sortiatur, l. qui mutuum. §. fin. ff. mandati, l. quid ego, ff. de contrario iud. tutelæ, cum alijs per eum adductis. Hinc si scit pupillū debere vero creditori, non debet expectare, vt soluat mandato iudicis, nam bonam fidem tenetur agnoscere, alias ad expensarum, honorariorum .i. salarij aduocatorum, & procuratorum refectionem obligabitur, atq; ea pupillo non sunt imputanda, l. quoties, §. nec vtique, ff. de admin. tutor. Quod si nolit facere, debet cōsulere bonum aduocatum, qui bene libellum concipiat; nam si vt malè conceptus foret emēdandus, quanquam minoris nomine id fieret, tutor tamen expensas luet, Iason in l. edita, num. 40. C. de edendo, Caualc. num. 52. eo quia tutores, & curatores, vti malè litigantes soli in expensis damnantur, Bar. in l. qui solidum §. etiam nu. 3. ff. de leg. 2. Monta. c. 31. effectu 6. num. 2. Et antequam ipsum præsentet aduertat quòd
9 cum pupillus integram personam in iuditio non habeat, l. 1. & 2. C. qui legitim. pers. in iud. Monta. cap. 30. num. 143. contra aliquem ab eo solo actionē

non

nō institui curet; sed ipse tutor simul cum eo compareat, si ille sit infantia maior, quod si minor, solus cōpareat, qui adimpleuerit solemnia iuxta tradita in rubrica, *Vel acceptās solemn. adimpl.* & hoc ad finem, vt si reus excipiat de illegitimitate personæ, cum tutor non suo; sed alieno .s. pupilli nomine agens teneatur demonstrare se talem, etiam ante litem contestatam, si negetur tutor per dictam exceptionem dilatoriam l. 2. C. si tutor. vel curat. l. 2. & l. licet, C. de procurat. illa fecisse, & in promptu habere parata reperiatur non obstante ritu M. C. Vicariæ 294. dicente, quòd etiā post litem contestatam possit
10 docere de solemnibus, quia procedit ille ritus, quoties ante ipsam litis contestationem nō opponeretur, aliàs si opponatur impedietur in iuditio ad vlteriora progressus, ita ritum illū cōtra Carau. intellexit Muscatell. in Praxi ciuili par. 3. glo. *competentes* num. 20. & quòd etiam exceptio, quod inutiliter, & nuliter datus fuerit, possit opponi in quacunq; parte litis, est tex. in l. non vtiliter, C. de
11 eo, qui pro tut. se gess. Non ignarus quoq; tutor erit, quod iudex ex officio poterit ipsum tutorem agentem repellere, & vt personam legitimet, cogere parte non opponente. Hyppol. in l. si quis num. 13. ff. de quæstion. Vant. de nullit. 1. rubr. num. 45. & 46. videtur tex. in l. ità demum, vbi glo. C. de procurator. planè Muscatell. vbi sup. n. 23. cū seq. Quinimo, q hoc debeat facere, dixit Abb. in c. nulli n. 5. de accus. per glo. ibidē Muscat. vbi sup. d. gl. *cōpetentes* n. 22. quodq; legitimatio ista, & exceptio eius nō sit sublata Prag. Dispendia litium, & per clausulam sine figura iuditij in tutore, tenuit Calà ad ipsam in tract. de modo arti, & probat. glo. 3. §. 1. n. 66. cum seq. q. 29. vbi an legitimatio debeat esse
12 summaria, vel plenaria. Verum sciat, quod si petatur copia solemnium ab ipso tutore per reum conuentum expensis pupilli non tenebitur ad eam; sed sufficiet facultatem scribendi facere, ita per doctr. Alber. & Angel. in l. 2. §. fin. ff. ex quibus cau. in possess. teneatur Vrsill. ad Affl. decis. 177. Muscatellusque approbat (quicquid Bar. quem sequitur Vant. de nullit. ex defectu habil. per to. num. 149.) intelligendo dictum Bar. in actibus extraiudicialibus, non iudicialibus in Praxi part. 3. glo. *respondendum* nu. 15. Sed iuxta præmissa quæro, quid si tutor comparuit, & solemnibus non præsentatis in causa actorem, vel procuratorem constituit, cum quo fuit compilatus processus vsque ad citationem ad dicendum, deinde reus aduersus

sus nullitatem actorum solemnia exhiberi petat, & iudex tutorem etiam captis pignoribus ad solemnium exhibitionem coegerit, an ijs demum exhibitis acta per prius facta valeant? Et dicas secundum ipsum, quod aut tempore cōstitutionis actoris, vel procuratoris solemnia erant confecta, & in esse producta per tutorem iuxta modum superius traditum, & exhibita non fuerunt, quia non petitum, & tunc acta facta valebunt non ostante, quod in fine causæ præ-
13 sentata fuerint: nam, vt actus valeat, tempus retrotrahitur iuxta notata per Rotam in dec. 586. in antiquis, Bal. in l. 2. ff. de procurat. Alex. consi. 146. lib. 5. Vant. in rubr. null. ex. defectu inhabil. nu. 120. immo hoc casu tutori imperito, vt solemnia exhibeat, sufficit dicere in qua banca, & penes quem Notarium, & actuarium solemnia confecta reperiantur, allegat Vrsill. ad Affl. d. decis. 177. in fine ita Practicari in S. Cons. dicentem; idq; intelligas quando tutori actori per iudicem aliquis terminus datus non fuisset antea ad particulariter solemnia producendum: nam si eo elapso non exhibuisset, amplius ad iura sui principalis præsentandum non admitteretur, & sic acta facta non valebunt d. ritu 294. faciunt notata in c. auditis &c. coram de integr. restitut. & alia, quæ Muscatell. allegat vbi supra glo, *competentes* num. 21. Aut nullo modo tempore comparitionis, vel constitutionis erant confecta,
14 & tunc indistinctè acta non valebunt; paria enim sunt nullo modo esse tutorem, vel esse & sine solemnibus l. eleganter §. seruus ff. de dolo, Afflict. decis. 256. Verum cautius esse dari terminum particularem ad excludendum, & annullandum dixit Muscatell. vbi supra nu. 21. Et hæc quando pupillus, & tutor
15 conuenit aliquem maiorem. Quod si pupillus aliū pupillum, vel pupillos, aut decem & octo annis minores; tunc aduertat vt prius inspiciat an inter eos sit aliquis infans idest septem annis minor, vel proximus infantiæ idest qui de proximo illos ex-
16 cessit, & est infra nouem cum dimidio in fœmina, & decem cum dimidio in masculo iuxta tex. notab. in l. si infanti C. de iure delib. & glo. in §. pupillus inst. de inut. stipul. & si tales fuerint, eos nullo modo citet; sed perquirat an tutorem habeant, atq; illum citare faciat, simul moneri, quod solemnia exhibeat. Quod si citet infantem, vel infantiæ proximum, & non tutorem, qui tamen compareat cum solemnibus, quod tunc citatio nulla reconualidetur, videtur concludere Afflict. d. decis. 262. nu. 3. sed apertius firmauit.

firmauit Mufcatell. vbi fupra nu. 13. Si vero tutorem non habent, vel habent, qui folemnia non adimpleuit, vel adimpleuit, & requifitus exhibere nō exhibuit, vel fecundum fuperius dicta non declarauit penes quem fint iuxta doct. Vrfilli, qui propriè in pupillo conuento loquitur, quæ paria funt d. l. eleganter §. fi feruus ff. de dolo, Afflict. decif. 256. nu. 3. & tunc citare faciat agnatos, & cognatos ipforum, vt veniant ad prędictos defendendum iuxta formam traditam à iureconfulto in tex. l. hoc autem §. defendi ff. ex quibus cau. in poffefs. eatur. Mont. c. 14. nu. 13. qui, fi recufauerint venire, captis pignoribus compellēdi funt defendere, atq; tutores effe, fi autem venerint, & fe fe excufanerint legitimè fecundum dicta in rubrica *Et vel fe fe excufet*, Iudex dabit curatorem ex fuo officio, l. 1. C. qui petant tutor. in Affl. in dec. 256. & 262. Caual. n. 282. Mufcatell. in d. glo. intimato, num. 40. cum feq. hocque cafu Vrfill. ad Affl. d. decif. 262. dixit curatorem prædictum ad litem dari in M. C. procuratorē pauperum. Si aūt fint pubertati proximi, hoc eft mafculus vltra annos decē cū dimidio, & fœmina vltra anno nouē cū dimidio, vel puberes minores de iure Regni decē, & octo ānis, vt in cōft. Reg. Minorū iura, & de iure cōmuni viginti quinque, tunc etiā (quicquid Bar. in l. 1. §. fufficit ff. de admin. tut.) tutius eft, vt fiat diligētia prædicta, & fi prędicti habeant tutorem, vfq; ad duodecimum, vel quartumdecimū annos refpectiuè quoufq; durat tutela, & curatorem vfq; ad decimum octauum, vel vigefimum quintum annum, vt fupra, & citetur cum dictis tutoribus, aut curatoribus, vfque quo tutores, vel curatores cōpareant cum folemnibus, & fi non habent tutores, vel curatores, vel habent, & folemnia non adimpleuerint, tunc eis dari procuret curatorem ad litem, vt in infantibus fuperius docuimus, tex. eft in l. qui habent, §. fi pupillus, ff. de tutelis, * adde, Guttier. de tutel. p. 1. c. 19. nu. 17. quo loci, quod cogantur inuiti accipere curam num. 17. qui curator inuētarium facere non tenebitur l. ad protegendū, C. de curator. in litem dando, domini de Rota in decif. 45. ratioq; eft, quia ad eum nihil de bonis minoris, pupilliue peruenire dicitur, ita Roland. à Valle de inuentar. p. 3. verf. Quadragefimo quinto fol. mihi 31. * adde, Guttier. vbi fupra, nu. 27. & quod licet curatorē inuitus pubes nō accipiat, tamen fallit in duobus cafibus, primus eft fi femel eum acceperunt, feu acceptarunt, & fecundus fi ita mandauerit Rex, vt per Gutt.

loco

loco citato num. 18. & 19. Si vero habent tutores cum solē-
19 nibus nō esset dandus curator, nam habenti tutorem regulariter nō datur curator, l.curator ff.de tut.& cur.dat.ab ijs,& circa hoc aduertat,aliàs processus factus irritaretur postea. Decius cōs.549.Alex cōs.122.li.1. estq; ritus M.C.291.vbi per Carau.& habetur per allegatos à Musca. vbi sup.n.52. & 53. & à Maran.
20 p.4.dist.16.n.43. Eaq; maxima pcedēs,vt.s.si factus fuisset pcessus cōtra pupillos tutore carētes, & indefensos, & sententia secuta, sint nullius roboris, & momenti, probatur in l. cum minores, C.si aduersis rem iud. L. acta, §. contra indefensos, & L. contra pupillū, ff. de re iudic. Calà glo. 3. §. 1. q. 49.num.67. Quæ iura Mont.qui idem sequitur, extendit ad sententiam arbitrorum c. 30.num.145. Cautelam tamen conualidandi processum nulliter confectum cum ijs, vide per Afflict. d.decis.262. num. 7. & Vrsill. ad eum nu. 3. Sed an minores decem, & octo annis,& pupilli quando indigēt curatore,debeant ipsi sibi pete-
21 re, vel accipere cogantur? Dicas, quod cogendi sunt in iuditio, & lite accipere tam quādo sunt rei, quā quando sunt actores, si non petant,§. item inuiti inst. de curato. & si petierint sibi aliquem, is dandus est,aliàs si non petierint in contumaciā iudex,cuius arbitrio ista remitti dixit tex. in l. 1. C. qui pet. tut. & curat. prouidebit, Muscatell, vbi supra à num.40.vsq; ad 62. vbi de intellectu d. §. si pupillus, l. qui habent, * adde, Caualcan.nu.283. Manzin.p.9. principal. num.8. & curator ad litem dandus est à iudice, corā quo lis pendet, allegatur pro sing. tex. in l. constitutioni, C. de admin.tutor.c.fin.de iuditijs. vide Petr. de Ancharano in c. si annū de iuditijs in 6. & si actor sit clericus litigans corā laico, laicus dabit huic clerico curatorem, vt extat decisio Rotæ in antiquis 207. Maran.p.4. distinct. 11. num. 64. & ibi additio allegat alias rotas. Posthæc admonitum volo tutorē, quod si agat, & ab eo petatur, vt caueat de rato .s. pupillum rem ab eo gestam ratum habiturū, non tenebitur ad eam cautionē, & promissionem quando verè, & rectè datus est, secus si de eius potestate dubitetur, l. vulgo obseruatur, & l. decreto, §. si duobus, ff. de admin. tutor. Mont. c. 31. effectu 1. num. 6. hęc autem dicta sint quando tutor præsens esse potest in iuditio, vbi agitanda est lis. Quod si esse eo loci non potest, vel impeditus liti vacare prohibetur præsens, tunc constituat procuratorem post litem contestatam, cum antea prohibeatur, l. neque tutores, C. de pro-

procurat. vbi omnes communiter, Ang. in l. 2. ff. eodem, Affl. decis. 262. nu. 6. & alijs, quos allegat Piagg. q. 15. num. 40. & Mont. cap. 31. nu. 22. vbi d. l. neq; tutores ex Gallis Pariensibus in cõsuetudinem abijsse, & contrarium passim obseruari capisse refert, Ratioque est, quia ante litis contestationem tutor non dicitur dominus litis, sed post, Abb. in c. veniens n. 11. de accusat. Ampliat Piagg. id ad o procedere, vt neque iudex decernens tutelam possit concedere tutori hanc procuratoris constituendi ante contestationem litis potestatem, per rationem allatam per Dominos de Rota de procurat. decis. 10. in antiquis, quæ est, quod licet tutor, & curator à iudice detur, à iure tamen limitatam recipit potestatem, quam iudex augere, vel minuere non potest. Mont. verò vbi supra in fine ad d. l. neq; tradidit limitationem, quoties in testamento testator eidem tutori liberam administrandi potestatem concessisset, tunc enim constituet procuratorem ante litis contestationem, allegat Affl. d. decis. 262. nu. 6. 7. Traduntur etiam per doctores prædictos in locis citatis duæ cautelæ, vt constitui ante litis contestationem procurator possit, Altera, & prima est, vt tutor constituat actorem interueniente iudicis decreto, quæ fuit originaria glo. in l. si actor, de appell. sequitur Castr. cons. 413. nu. 3. lib. 2. Monta. 31. nu. 24. id quod ego intelligerem quando pupillus est minor infantia, & loqui non potest. Altera, & secunda est (& verificatur pupillo, qui fari potest, & maiori infantia) vt idem pupillus cum authoritate, & consensu tutoris procuratorem constituat, iuxta notata in d. l. neque tutores, sequutusque est Maran. in l. actor. nu. 3. & 4. ff. de procurat. & in speculo par. 4. dist. 16. nu. 54. vbi dixit ꝙ alias processus factus cũ procuratore non valet, neque procedit; sed irritabitur. Constitutus aũt sm̃ præmissa procurator nõ dicetur pupilli, sed tutoris procurator, & taliter cõparebit, alias petitio nõ procedet Castr. allegatus ab eodẽ Maran. n. 4. in cõs. 16. lib. 1 hinc fit, ꝙ à solo tutore reuocari potest. Alex. n. 10. Iasone in d. l. tutores nu. 4. docen-
23 tibus. Insuper annotare debet, vt in cursu causæ, si processu publicato videat non bene probasse petat pupillis cõpetentia beneficia, de qbus in ritu M. C. Vic. 71. vbi latè per Carauit. Et
24 tandem expediri faciat causam, & terminari infra triennium, si ciuilis, & biennium, si criminalis iuxta tex. in l. properandum §. 1. C. de iuditijs, & alias si peremptio instantiæ culpa sua fieret, & vt iterum audiatur insufflatus

tus

tus fuerit spiritus vitæ, & consequenter facta solutio expensarum ad eas ipse de proprio tenebitur, vt per Iasonem in l. Imperatores n. 11. ff. de reiuend. ante eum Bart. in d. l. properandum & Caualc. nu. 53. dixit idem esse, si iniustè condemnatus non appellauerit, vel appellauerit, & appellationis causam non fuerit prosecutus per tex. in l. si bonam cum similibus C. de admin. tutor. * adde Guttier. p. 2. c. 4. nu. 18. & seq. vbi quæ alia teneatur facere tutor pro pupillo. Ex quibus quidem cum habeantur ea, ad quæ tutor ipse tenetur, quando reconuenitur, vel principaliter conuenitur, ideo immorandum hic amplius non censui, si illud tantum di-
25 xero, quod tutor, sicut tenetur præstare cautionem, quando conuenitur, de iuditio sisti, quā de stando iuri nostrates pactici appellāt, & pro ea possunt obligare expresse bona minorum absque decreto l. fin. ff. si quis caution. attenta tamen distinctione Alex. in l. filius familias nu. 8. ff. qui satisd. cogan. ita e contra releuabitur à præstatione eius, quam de iudicatum soluendo nuncupamus l. fin. §. defensionem C. de admin. tutor. Specul. in tit. de satisdatione §. expedito nu. 5. & hoc procedit in his, qui litigant per se ipsos, secus si per procuratorem, Castrens. & Alex. in d. l filius familias; quando autem hæ cautiones siue satisdationes præstetur, videre datur per Maran. par. 6. memb. 8. titulo de satisdatione per totum. Insuper quod factis
26 probationibus solus non deferat iuramentum suppletorium aduersario pupilli, nisi deficientibus omnibus probationibus pupillo, tex. dixit in l. tutor ff. de iureiuran. pupillus vero cum tutoris authoritate indistinctè potest, & si ledatur in integrum restituitur l. iusiurandum, quod ex conuentione §. pupillus, vbi glo. & docto. ff de iureiuran. l. 1. §. 1. ff. quar. rer. actio non detur, Mont. 33. nu. 392. cum seq. * adde, adeo autem tutores, & curatores tenentur pupillos, & minores defendere in litibus pendentibus, vt postea defensionem comittere nequeant sub pœna, de qua agitur in l. sancimus la seconda C. de admin. tutor. Quod in lite contra tutorem consanguineum limitat Afflict. in repet. Constit. sancimus in principio numero 15. de iure prothomiseos incogita.
27 Secundo principaliter tutor sciat, eum posse agere criminaliter pro iniuria illata pupillis tam in persona, quam in bonis, ac etiam pro homicidio suorū puta patris, aui, aliorumq; hoc tamen attento, quod sæpe sæpius commonuimus, quod si pupillus est maior infantia, cum eius præsentia agatur, alias nequa-

quaquam l. 2. §. pupillis ff. de accus. alias si minor infantia, aget solus, & instituet accusationem, & querelam proprio nomine, ad vtilitatem tamen pupilli l. 2. C. eodem qui accus. poss. vel non, per multa Clarus §. fin. q. 14. vers. Item Quaro nunquid possit, sentit Caualc. n. 292. & sequutus est Mont c. 5. nu. 96. & c. 30. nu. 148. Et quoniam instituta querela, vt plurimum pœnitentia, seu remissio procurari solet ab accusato; idcirco si quæratur an tutor possit nomine pupilli facere illam:

28 Breuiter concludas, quod si pupillo est expediens, puta quia accusatus est potens, qui alias vitæ, & bonis eius insidiari posset, nec dedecus esset pupillo, tutor eam facere posset, alias, si secundum mores loci, & ciuitatis esset dedecus, vel infamia oriretur pupillo, & familiæ, nequaquam. Bal. in l. pactum curatoris C. de pactis, Piagg. q. 15. nu. 39. Monta. cap. 33. nu. 372. & seq. Est tamen verum, quod si pupillus est maior infãtia, debet interuenire in pace, & remissione facienda, & oĩbus actibus præsentialiter, alias si minor, solus tutor id efficiet, facit l. contra iuris ff. de pactis, & l. 2. ff. de acceptilat. docuitq; Clarus §. fin. q. 58. vers. Quæro n tutor. Verum quia, an expediat, & sit dedecus, debet constare, ideo capta informatione, & subsecuto iudicis decreto id pupillus, ac tutor exequi debẽt, ita Specul. in tit. de homicid. col. 2. Bal. in rubr. de tregua, & pace, Arnonus Comment. 188. refert, & sequitur Carauritu 275. q. 5. nu. 19. cum pluribus seq. * adde, & quod requiratur decretũ hoc, & dicit pro maiori securitate, & tutorum, & partis quærelare, conclusit Iodoc. in patrocin. pupillor. c. 10 n. 75. & quicquid Farinac. & alij dixerint, nouissime disputando conclusit Gutt. q. 2. c. 7. per totũ Hinc si pupillus est minor septẽ annis, nec fari queat, vt in principio huius rubricæ diximus, solus comparebit tutor sin minor, vel *fari queat* cum pupillo petitionem offeret eidẽ authorando, qua exponat *quatenus cum instituerit querelam contra talem de homicidio N. vel aliàs, ac magni intersit, & valde expediat pupillo remissionem facere ex causis supra narratis*, quas sigillatim inferat, *ideo petit quod constito de præmissis ita, quod sufficiat, sententia mediante decernatur, quod liceat eidem pupillo, ac tutori remittere dictam querelam omni meliori modo*. Quo libello, vt supra, concepto, oblatoque iudex in hanc formam interloquetur. *Capiatur summaria informatio de expositis, qua capta prouidebitur*. Atque super tenore, expedientia, vtilitate,

ac alijs examinatis tribus testibus, vel saltim duobus, qui in depositione scientiæ inserant causam, quæ sit potens, & efficax ad pręmissa; iudex interponet aliud decretum ita. *Curia viso libello oblato, ac informatione desuper capta prouidendo decernit, quod liceat dicto tutori* (si est pupillus infantia minor) *nomine d. N. infantis remittere, & exculpare in ampla forma relatum querelatum, per hoc suum &c. Vel* (si est infantia maior) *liceat dicto pupillo cum N. tutoris authoritate remittere*, vt supra. Hic autem tutor
29 debet esse generalis, non specialiter ad hunc actum constitutus, aliàs remissio non valebit, teste Claro, qui dicit se ita fecisse practicari in §. fin. q. 58. d. vers. Quero an tutor in fine, vbi licet dicat, quod sit necesse, quod satisdederit, & quod inuentarium confecerit, aliàs nõ valebit, tameu, quod valeat eiusdem remissio præcedente iudicis decreto ob pupilli expedientiam, cõclusit per multa Carau. vbi supra num. 23. vsque
* ad 27.* adde. Quòd autem quandoque tutor pro pupillo remissionem, & pœnam absque iudicis decreto facere possit, & inde interponatur decretum, dixit seruatum in Sacro Consilio Dominus de Franch. decis. 535. & insuper quod possit facere remissionem, ante sibi decretum administrationem à iudice, & inuentarij confectionẽ, etiam si remittat damna, & interesse pluribus probauit Gutt. p. 2. cap. 1. num. 70. cum seq. quia agitur de actu vtili pupillo atq; dilationem non recipienti, in quo pupillus reconciliando se cum inimico dicitur lucrari, & eius intersit euitare inimicitias, quæ expensas afferunt magnas; ac quies, & salus animæ, inimicitiarum, & expensarum expulsio, quas ex pace consequitur, sunt maioris vtilitatis, & ponderis, quam damna, & interesse remissa, etiam si de pupilli bonis quid aduersario, vel alteri daretur, ex allegatis, per ipsum, & Farinac. q. 15. nu. 11. & 26. nec per hoc læsus dici potest ex Sfortia Oddo de restitut. in integr. p. 2. q. 75. ar. 7. n. 46. cum seqq. Verum ex eodem p. 2. cap. 7. est aduertendum, quod aut sumus in pupillo infante, aut in infantia maiori, primo casu neq; ipse solus pupillus, neq; cum interuentu tutoris pacem facere potest, & id esse de iure expeditum, & communiter teneri dicit num. 2. Secundo casu cum tutoris, vel curatoris authoritate bene potest, & ex pluribus communem dicit sententiam idem d. nu. 2. Hinc obiter notes, quod quamuis, quando infantia maior pupillus solus faceret remissionẽ, & iuraret, valeat remissio propter

pter iuramentum per auth. Sacramenta puberũ, C. si aduers. vendit. & in hoc seruetur practica, quæ seruatur in Curia Mediolanensi, vt testatur Clarus vbi supra q. 58. * adde. Et per plures authores nouissimè probat Guttier. p. 2. cap. 7. num. 23. ac num. 24. ait procedere non solum in adulto, & pubere, sed in impubere doli capace puta pubertati proximo, & quod iuramentum hoc suppleat etiam vicem decreti iudicis: idq; etiam fassus est in repet. d. auth. Sacramenta puberum num. 125. cum seqq. & num. 23. Tamen, quia se se absolui à iuramento facere posset, & in integrum restitutionem petere, vt per Carau. vbi supra num. 21. & 22. eam hoc vltimo modo non procurarem, sed primo modo semper obtinerem, & obtineri consulerem, * adde. Licet autem aduersus pacem à se factam validam, tamen ea in casibus permissis non restituatur minor, & cõmunis sit opinio, teste Sfortia Oddo de restitu. p. 2. q. 85. ar. 7. tamen id fallit in pluribus casibus, de quibus per eum videre erit, & ideo ego consulo vt supra. Rursus premissis subijciendum est, quod si ex vulnere mortuus quispiam fuerit relicta vxore prægnate, ac posthumo tutore, is ante eiusdem natiuitatem facere pacem, & remissionẽ nequit, ita Arnonus caut. 72. ea ratione, quia donec posthumus est in vtero nõ est tutor, l. si nemo la seconda, §. fin ff. de testam. tute. vbi Bald. & alij. * adde. Et plures citat Guttier. vbi supra cap. 7. num. 21. qui tamen iudicis accedente decreto, tutorem etiã posthumi hoc casu pacem facere posse testatur, & num. 12. ampliat etiam lata sententia condemnatoria contra inimicos pupilli ex Padilla in l. transigere num. 65. C. de transaction. si tamen remissio in pupilli dedecus, & iniuriam vergat, & iudicis decreto solidetur.

31 Item quod quando sunt aliqui filij maiores puta vnus, vel duo, & tutor alius plurium, idest trium pupillorũ fratrum, pax ab omnibus procuranda sit, & quod non sufficiat à tutore, & tribus pupillis fratribus, & sic à maiori parte; sed ab omnibus obtinenda, testatus est per multa idem Ar-

32 nonus dialogo 14. Ad hanc autem remissionem non dato dedecore familiæ, ac propriæ ipsius tutoris famæ detrimento, ac deminutione eo maximè accedet tutor, quo fieret pupillo (id quod sæpius videmus) pecuniarum aliqua per querelatũ oblatio; tunc verò aduertat, vt realem oblationem prius accipiat, alias, si facta pœnitentia promissa pecunia nõ consignaretur, reaccusare amplius nequiret,

quiret, vt habetur in tex. capitalis, & expressus in l. quamuis C. ad Sen. conf. Tertull. adde Vrsill. ad Afflict. decis. 350. n. 5. dixit fuisse iudicatum in Magna Curia Vicariæ, sequuntur Doct. & Carau. vbi supra num. 12. vbi de limit. ac de forma remissionis, & pactis in ea apponendis est videre. Querelatus demum,
33 si conscientia tutus esse velit, debet omnino curare, vt consignet, quod promisit præoculis habendo interesse, quod pupillo ex morte occisi prouenit, ac etiam pœnam, quam tum in corpore, tum in pecunia simul lueret, nisi redimeret, de cuius quidem pœnæ condemnatione meminit de Franch. decis. 358.
34 vbi quod quando quis punitur pœna corporali mortis ciuilis ad tempus, eo finito debet arrestari, quousq; in pecunia condemnationem soluat, & si non habet in ære iterum luat in corpus, & huiusmodi pœna fuit interpretata temporalis exilij, vt d. decis. nu. 9. ac triremium in casu particulari posito per Afflict. in Coust. Regni culpam 6. nota. num. 7. quando scilicet seruientes castellanorum sine ipsorum licentia, & cum pluribus, quam tribus castrũ exeunt: nam puniuntur pœna quatuor Augustalium, quos si non habent, ad seruiendum in Regijs triremibus per sex menses deputantur.

An verò pupillus per remissionem huiusmodi, maximè accepta pecunia de morte patris, vel alterius, eius hæreditatem adijsse videatur, dicemus inferius, num. 55. Restat, vt, quomodo conueniat pupillus, vel tutor debitores iuxta ritum M. C. Vicariæ dicamus, si illud
35 admonuerimus, cũ pupillares debitores maturò tempore, & loco congruo interpellare debere de debito, illudq; diligenter exigere, & per iustitiam exoluendum curare, aliàs si eius culpa lata debitores effecti sunt non soluendo, ac minus idonei, tenebuntur à tempore tutelæ susceptæ ad omne damnum, quod ex cessatione pupillo peruenit, l. 2. vbi vers. negligentia C. arbitr. tut. Iodoc. de tute. mune.
36 cap. 7. nu. 38. ideoq; (id quod dicemus in Praxi Crim. Instrumentaria, rubrica. *Et cuius nomine agat* num. 5. & in rubrica *Expediatur citatio* num. 44. qui nouiter Deo dante imprimenda) cures tutor, vt citationem expediri facias hoc modo si pupillus est infantia minor. *Ad instantiam, & requisitionem N. tutoris N. pupilli infantis filij, & hæredis mediante præambulo N. N. citetur, &c.* Si vero est maior infantia dicatur. *Ad instantiam N. pupilli filij, & hæredis mediante præambulo N. & N. tutoris eiusdem, citetur talis*, & prosequere, vt in forma cita-

citationis posita in d. Practica, & primum simul accusent contumaciam, & in vltima comparere tenentur, cum solennibus de quibus supra dictum est, ac cum præambulo pupilli, de quo inferius num. 67. cum tribus seqq. ac ipse pupillus, si est maior infantia cum tutoris authoritate liquidabit, si vero esset infantia minor, solus tutor accusabit, & liquidabit; nisi debitor institerit, vt veniat infans, tunc enim si deberet asportari in bracchijs, eius pńsentia opus esset, ita Carau. Ritu 166. n. 24. & nos vbi supra in Praxi typis de anno 1597. excussa rubrica. *Et cuius nomine agat*, in principio. Quod si debitor cum sacculo paratus venerit, vt satisfaciat, poterit tutor recipere solutionem, Iason in l. pactū curatoris, C. de pactis, Piagg. q. 15. num. 85. & si plures sunt vnus ex ijs, quia insolidum dati censetur, & hoc per tex. in l. ꝙ si forte, §. sed si absfuturo ff. de solution. per quem iuuenis doctor in patriam aduentans consultus ita respondi, nisi tamen testator duobus datis, vetuerit vnum sine alterius cōsilio quicquam agere l. Titium in princ. ff. de admin. tuto. vel nisi diuisa esset administratio secundum ea, quæ diximus supra rubrica. *Vel acceptans solemnia adimpl.* num. 37. per tex. in l. 1. C. de auth. præstan. Monta. cap. 32. reg. 9. num. 15. cum sequ. vbi ampliat in tutore relegato, vel absente antequam ei substituatur curator, atq; in ijs, quibus mandatum fuerit per tutores, vt soluerent debitores, dummodo absit malum consilium cum tutore habitum l. pupillo, ff. de solution. Pariter circa præmissa notandum est, quod
38 confessio tutoris de solutione debiti pupillaris, siue eiusdem apocha producta per debitorē pupillo, vel alteri tutori finita tutela, siue ipsi puberi effecto, an obsit pupillo ita, vt dicatur debitor liberatus, fuit controuersum à nostratibus, siquidem Galli Parisienses ad Alex. cons. 90. num. 3. lib. 3. & cons. 97. num. 3. lib. 7. & communiter Doctores tenuerunt quod sic, referente Viuio, & testante de commu. opin. lib. 2. opinione 68. per tex. in l. Lucius, §. tutelæ, ff. de admin. tut. cessante fraude, & maxime quando confessio non esset nuda, & lucratiua, seu liberalis; sed cum actu dispositiuo coniuncta, secundū eosdem Gallos ad Alex. cōs. 37. num. 2. lib. 3. refert, sequiturq; Mont. c. 32. reg. 9. num. 123. vbi de limitat. & maxime in protutore, nisi tamen pecunia conuersa esset in vtilitatem pupilli, l. debitores, ff. de solut. l. apud Celsum, §. si quis non tutor, ff. de doli exceptione, & l. 2. ff. de eo, qui pro tut. le gessit.

Alij vero magis cōmuniter tenuerunt, quòd non obsit pupillo apocha tutoris producta per debitorem finita tutela, qua confiteatur debitum recepisse iuxta l. plures, C. de fide instr. vt exponit glo. in d.l. Lucius, §. tutelæ, referente Soarez, & de magis commu. testante in Thesauro commu. opin. litera C. num. 251. allegato ab eodem Mont. vbi supra, quod videtur tenere, & sequi Caualc. n. 274.

39 Ego vero subscribo primę opinioni, vt scilicet apocha veri tutoris producta finita tutela per debitorem obsit pupillo ita vt ipsum non molestare queat, sed habeat actionem contra tutorem non se introitantem illam summam iuxta terminos d. tutelæ, dum tamen in ea cōfiteatur recepisse pecuniam, tempore quo tutelam administrabat, & data apocha sit tempore administrationis, id quod innuit ille tex. ibi *si tempore administrandæ tutelæ*, & ibi *tutelam gerenti*, & contraria opinio posset procedere in tutore non vero, & legitimo, vt supra vel quando apocha cantaret de solutione facta tempore, quo erat finita tutela, iuxta terminos tex. in d. l. quod si forte, §. 1. ibi *qui tutor esse desierat, non liberabitur*, vel de confessione facta in apocha, qua tutor confiteretur recepisse nomine mutui pro pupillo, & in ea non apparet de reali numeratione, & in cunctanter facta, * adde. Cogita, & vide, quæ inferius dicemus in rub. *Librum conficiat rationum* num. 6. Ex quibus

92 soluentem debitorem aduertimus, vt exhiberi faciat semper solemnia vigore tex. in l. non vtiliter nominatus, C. de eo qui pro tut. segessit. & præmissorū, & si non sunt benè adimpleta non obstante, quòd præcesserit circa administrationem decretum iudicis, non debet soluere, nisi alio decreto præcedente, aliàs non bene per tutorem implicata pecunia, quia dicitur esse in dolo, & nulla fide, vt docuit Caualc. num. 35. & seqq. petet pupillus in integrum restitutionem aduersus solutionē factam, l. 1. C. si aduersus solutionem, cogeturque debitor iterum soluere, & maximè quādo tutor, vel eius fideiussor non est soluendo, vt in S.C. decisum retulit de Franch. decis. 206. per totum, * adde. Et pro pleniori cognitione, an & quando securè dicatur facta solutio pecunię pro debiti pupilli extinctione distingue ex Guttier. p. 2. c. 22. plures casus, quod aut quis soluit pupillo, absque tutoris, vel iudicis authoritate, & soluta pecunia extat, & non fuit consumpta, sed potius conuersa in ipsius vtilitatem: & tunc soluēs plenam liberationem consequitur, & ei aduersus minorem excep-

exceptio competit §. pen. inst. quibus aliena. licet vel non, & l. pupillo, ff. de except. vbi glo. & communiter Doct. in l. fin. C. de vsucapio. pro empto. & l. 3. ff. commoda. idq; procedit etiã si res, in quam necessariò emẽdam à pupillo, emptam de soluentis pecunia, perempta fuerit l. verum §. fin. ff. de minor. quo casu pupillo restitutio denegatur. Si autem pecunia solum perempta sit, ac perperã expensa, restituetur pupillus, l. ait prætor in princ. ff. de minor. & l. 1. vbi glo. & communiter Docto. notant. C. si aduersus solutio. Sfortia Oddo de restitut. 1. p. q. 52. ar. 1. nu. 1. vbi ampliat, & limitat, vt est videre per eum. Si vero quis soluit pupillo cum authoritate tutoris, vel curatoris, tunc pleniorem consequitur liberationem; sed restituitur minori si pecunia sit deperdita, vel consumpta ipsorum facilitate, vel culpa, l. Lucius §. tutelæ iuditio, ff. de admin. tutor. d. l. 1. C. si aduers. solutio. vbi glo. & communiter Docto. probatq; Guttier. loco cit. num. 14. qui dum indè num. 3. dicit, quod liberatur omnino debitor hoc casu soluens pupillo cum authoritate tutoris si minor perdiderit pecuniam absillo; nisi fateamur, vt supra cum pupillũ inde restitui. Quod si soluat curatori, vel tutori tãtum, tunc non competere restitutionem pupillo aduersus debitorem, sed contra tutorem, vel curatorem agendum cẽsuit contra Menochium, Caldas, & Molinam, quorum argumentis respondet vsque ad num. 20. & limitat num. 21. & 22. quando debitor sciens qualitatem tutoris, vel curatoris cito pecuniam consumpturi soluerit. Secundo quãdo tempore solutionis contingat læsio, puta quia minus reciperet tutor tempore, loco, causa, vel conditione, vel minorem quantitatem debito, remittendo quid, & idem Guttier. probat n. 27. At tandẽ si soluat præcedẽte iudicis præcepto, tunc plenissimam consequetur liberationem, nec in integrum restitutio à pupillo, vel minore petita concedenda est, l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minor. vbi glo. communiter recepta, & de cõmuni opinione testatur Guttier. vbi supra nu. 4. & l. sancimus, C. de admin. tutor. Sed iuxta prædicta insurgit non contemnendã quæstio, an sufficiat simplex præceptum iudicis, vt liberetur debitor, vel quod debitor alleget creditorem esse minorem, & ideo illi non esse faciendam solutionem? Guttier. loco cit. num. 25. ex Caldas distinguente probat, q̃ aut solutio fit tutori, vel curatori, & sufficit simplex iudicis præceptum, & procedit l. sancimus C. de admin. tutor. aut so-

lutio fit minori, & tunc requiritur iudicis præceptum, & expressa iudicis compulsio non obstantem repugnantiam debitoris, tunc enim iudex certior est factus de qualitate minoris, & non est vt quid debitori imputetur, & ita resider. Sed quid
41 dicendum. Contra pupillum, & vnum ex tutoribus, vt supra citantem super liquidationem instrumenti, comparet debitor in vltimo peremptorio, & excipit de prorogatione, quam presentat, facta per alium contutorem administratione tutelæ nō diuisa, an impediatur liquidatio? Et, quia non diuisa administratione vnus sine altero non potest prorogare terminum solutionis debitori, dicendum est procedi debere ad liquidationem per decisionem non satis laudati Præsidis de Franchis 281. & dicemus in nostra Praxi Instrum. quam imprimi Deo fauente curabimus denuo, cum in typis excussa non habeatur in rubr. *Et cuius nomine agat* num... simul autem esse debet, vel prorogabit solus tutor contutorem non habens teste Mōt. cap. 33. num. 374. Hæc qualiter agat tutor pro pupillo sufficiant.

Veniamus modo ad vltimā rubricæ particulam, & sic ad
42 tractationem illam, quo pacto tutor vtiliter cōtrahat. Et quoniam verbum cōtrahere, & nomen contractus, si generice accipiatur, comprehendit quasi contractum, & distractum, glo. in l. 3. §. contrarium ff. de contrar. tute. actio. quam ad hoc allegant Bar. in l. more in principio ff. de acquiren. hæred. & Rom. cons. 394. & nos diximus in Praxi instrumen. rubric. *Et an præcedente absolutione* num. 20. & quasi contrahere dicatur
43 hæres adeundo hæreditatem defuncti, §. hæres, inst. de obligat. quæ ex quasi contr. nascun. Bar. & Docto. in d. l. more, Iason in l. cum res, ff. de leg. 1. Afflict. decis. 260. num. 6. ideo primum videbimus, quo pacto tutor nomine pupilli quasi cōtrahat, & hæreditatem adeat, bonorumq; possessionem agnoscat, inde quo pacto aliter contrahat, & demum quomodo distrahere possit. Quo ad primum studeat tutor mortui patris, vel ascendentis pupilli, vel etiam
44 extranei hæreditatem testamento relictam, vel lege ab intestato delatam infra legitima tempora, si lucrosa est, adire, vel si damnosa est, repudiare, alias ad omnia damna, expensas, & interesse tenebitur, & contra eum in litem iurabitur, l. tutelæ ff. locati, l. si ad pupillum, ff. de author. tut. l. cum tutor ff. de tutel. & ration. distrahen. dixit Bald. in l. si infanti, C. de iure delib. Parisius cons. 24. num. 44. & sequ. vol. 2. & Plotus in l. si

quando

nando num.228. verf.minori-
us, C. vnde vi; quod amplia-
is, vt etiam tutor teneatur no-
nine pupilli fideicommissariè
ubstituti cogere hæredem, vt
deat, & restituat, ne aliàs per
nortem extructo fideicommis-
o teneatur, l. tutores, §. hæres
. de admin.tutor. Verum, quòd
ufficiat in inuentario describe-
e ius petendi hæreditatem, vt
icatur tutor hæreditatem in-
anti delatam agnouisse, docuit
ar. in l. si infanti num. 2. C.de
ure deliber. Insuper, quod licet
pupillus, siue minor, siue maior
nfantia nesciuerit hæreditatē
bi delatam, sciuerit tamen
utor solus, & decesserit pupil-
us hæreditate non adita, trans-
nittat ad hæredem ius delibe-
andi, dixit Bar. in l. cum anti-
uioribus num. 3. C. de iure
elib. sequutus est Maranta in
is potest in fine, ff. de acquir.
æred. vbi limitauit verum si
uperuiuat tutor tempore mor-
is pupilli, secus si prius moria-
ur tutor per cons. Bar. 178. &
32. Vnde propter difficulta-
es, quæ oriri possent, ipse tu-
or, si certò scit eam esse dam-
osam, statim repudiabit, seu
epudiare, vel infra tres men-
es per l. fin. §. cum igitur, C.
e iure deliber. pupillum se se
bstinere curet: & quidem si
upillus est minor infante solus
l efficiet tutor, seruata tamen
olemnitate inferius describen-
da, cum pupillus infans non habeat velle, nec nolle, & quicquid videat ignoret, d. l. si infanti, l. 1. §. impuberes, C. de falsa moneta, l. pupillus, ff. de acquir. hæred. si vero maior, actus fundari debet in persona pupilli cum intelligat, authorante tamen tutore l. 1. §. sufficit. ff. de adm. tut. l. impuberi, ff. de tut. & curat. datis ab ijs, Castren. cons. 355. n. 4. 1. vol. Corn. cons. 164. vol. 4. & allegati per Caualc. nu. 68. * Gutt. de tute. p. 2. c. 1. n. 110. & 111. vnde pupillus ipse cū tutoris authoritate hoc exequetur comparendo, &
47 libellum in curia iudicis ordinarij offerēdo tenoris, vt sequitur. *In Curia, &c. comparet N. N. pupillus, &. N. tutor, idemq; pupillus cum eiusdem authoritate dicens quatenus N. pater, vel auus, vel frater ipsius pupilli, vel alius extraneus in vltimis constitutus ipsum N. vniuersalem, & particularem vltimo, quod condidit, testamēto creauit hæredem, & ex indè rebus excessit humanis, & sepultus est.* Vel *N. N. mortuus, & humanè sepultus est nullo condito testamento, cuius hæreditas ipsi in gradu propinquiori defertur à lege: at quoniam ea est damnosa valde, & ære alieno grauata; ideò illam* (quatenus est hæreditas fratrum, vel aliorum extraneorum) *repudiat,* si vero ascendentium; *ideo sese ab*

ea abstinet, & petit ad huiusmodi repudiationem, & renunciationem admitti non solum isto, sed omni modo meliori, &c. Quo
48 libello oblato, quoniam clarissimi iuris est solum tutorem repudiare non posse hæreditatē licet adire qñ infātia est minor pupillus, l. tutor, ff. de bon. poss. l. 1. §. tutor ff. de succ. edit. l. fin. vbi Bar. & Ang. ff. de acq. hæred. & l. bonorū C. q admitti, vbi Bal. & d. l. si infanti, C. de iure delib. Maran. in d. l. is potest nu. 145. ff. de acq. hæred. ideo fiet citatio, *quòd moneantur creditores certi nominatim, & incerti per proclama, quatenus si sua interesse putauerint, compareāt prima die ad dicendum quicquid, & inde in antea ad audiendum prouisionem faciendam,* attento tex. in auth. si omnes, C. si minor se ab hæred. abstinue. qui in fortioribus loquitur terminis, vt dicetur inferius num. 55. Insuper, *quod moneantur coniuncti pupilli ad dicēdum quicquid,* docente glo. & Bar. in d. l. tutor. sic etiā dices in legato facto pupillo, & non dum agnito, quòd repudiari nō possit aliter secundum eosdem, per tex. in l. magis, §. fundum, ff. de rebus eorū, quibus citatis, relatis nec cōparētibus, vel nihil in iure militās, vel in facto proponētibus, examinatis aliquot, ꝙ intersit pupilli repudiare, vel sese abstinere, fiet ꝓuisio, ꝙ *talis pupillus, cū authoritate tutoris, vel solus tutor nomine pupilli* (attēta minoritate, vel maioritate infantiæ vt supra, ac etiam an fieri possit in minoritate, id quod in quinquennio contingibile esse pupillo docuit additio ad margines l. potuit C. de iure deliber. ad glo. pupillus, & non infra) *admittatur ad prædictam abstensionem, vel repudiationem hæreditatis, vel renunciationem legati, & quòd de cætero pro debitis hæreditarijs, d. quondam N. vel pro onere legato iniuncto non molestetur, vel inquietetur.* & l. tutor pupilli maioris infantia possit extraiudicialiter cum ipso pupillo facere hanc repudiationem non attenta solemnitate supradicta, quæ de necessitate in tutore minoris infantia solo repudiante requiritur, d. §. tutor: tamen eam seruabit quoq; tutor infantia maioris ad euitādum damnum, ne alias teneatur iuxta tex. in l. si ad pupillum, ff. de auth. tutor. Nec obstat. præmissis tex. in l. is po-
49 test ff. de acqu. hæreditate, quod *is potest repudiare, qui potest acquirere,* & cum tutor possit acquirere solus hæreditatem infantis sine hac solemnitate, & extraiudicialiter, ita possit solus repudiare; quia ea regula procedit, quando qui potest acquirere, acquirit nomine proprio, & ad sui vtilitatem, quod non est in tutore, qui dum acquirit,

quirit, acquirit pupilli nomine, & ad pupilli vtilitatem, ita respondet Bar. in d. l. tutor, refert, & sequitur Maran. in d. l. is potest num. 202. Vnusquisq; enim suam bonorum possessionem repudiare potest, alienam non potest l. 1. in princip. ff. de success. edicto. At quoniam sæpe comparēt creditores, & aliquid in iure militans ad abstensionē, vel repudiationem impediendā
50 proponunt; idcirco de hoc breuiter differamus. Et primo quidem, quando hæreditas fuit adita verè. Secundo præsumptiuè. Verè, vt in iuditio præcedente decreto iudicis, vel extraiuditialiter sola præuia declaratione voluntatis, quòd ipsam adijt cum authoritate alterius tutoris præmortui fortè, quæ voluntas, & declaratio sufficit ad ipsam, cum dependeat ex animo, l. pro hærede, vbi glo. ff. de acquir. hæred. etiam non apparentibus actibus extrinsecis, estq; cōmunis opinio teste Dilecto de arte testan. in tit. de acqu. vel repud. hæred. caut. 2. idq; probari poterit per testes, vel per instrumentum coram Notario, & iudice confectum.
* Et de verbis quibus censetur adijsse agit Menoch. lib. 4. præsumpt. 100. Præsumptiuè vero, cum is, qui adire hæreditatem poterat, effecerit ea, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri nequeunt d. l. pro hærede §. Papinianus vbi Docto. notant. Et
51 quidem citra ius, & nomen hæredis fieri non possunt quatuor, ex quibus declaratio facta verbo facit veram aditionem, tria verò præsumptā, scilicet actus acquisitiuus, actus translatiuus, & actus possessiuus, teste Baldo in cons. 224. vol. 2. Hinc est, q hæres intelligitur, ac præsumitur hæreditatem adijsse, si vtatur frumento, vino, alijsq; bonis hæreditarijs, ac aliquid à debitoribus hæreditarijs exegerit. Item si quid ex bonis defuncti eroget, vel hæreditarijs creditoribus debitum soluat. Bar. in l. gerit, ff. de acq. hæred. Alex. in l. 1. C. de iure deliber. Dilectus vbi supra cautela .s. Petrus Duennas reg. 277. in fine, adde
* Vel si annuos introitus vendiderit alicui super rē, quam dicat hæreditariam, & ipsam possidere vti hæredem, quo casu hanc confessionem, & hunc actū adeo ipsi nocere constat in beneficium eius, cum quo contrahit, vt etiam ad cæteros creditores extendatur, vt decisum in Sac. Cons. dixit dominus de Franch. decis. 694. de quibus, & alijs latè discutit Menoch. vbi supra præsumpt. 101. est tamen verum, quod hæc præsumptio aditionis factę allegari debet ab eo, cuius interest esse factam. Menoch. lib. 1. pręsumpt. q. 48. num. 16. Item si post mortem patris paternam domum habitasse

tasse probetur, l. 1. C. de repudian. vel abstin. hęred. cum ibi notatis per Docto. & Decium cons. 491. ac alios relatos à Marcello Calà in glo. vnica §. 2. q.... num. 653. etiam si titulo emptionis possideat, vt dixit idem vbi supra q. 180. nu. 596.
* adde. Vbi tractat de actibus, quibus inducta pręsumitur repudiatio, de quibus latius per Menoch. loco cit. pręsump. 102. pupillus vero si inhabitat domū paternam sciente, ac patiente tutore, hęreditatem adijsse non dicetur, cum ea tutoris patientia in pupilli aditione non operetur authoritatem, quæ ei necessaria est, l. pupillus, ff. de acquirl hæred. l. poterit, C. de iure deliber. quod fallit si tutor mandasset pupillo, vt quid in ea domo faceret; quia huiusmodi mandati exceptio authoritatem induceret: vel si pupillus domi diu .i. per annos decem, vel plus mansisset: nam tunc per hoc aditio probaretur, & omnia solemniter acta censerentur, l. qui in aliena, §. & si non adierit, ff. de acquir. hęred. Manz. 2. q. 2. q. princip. num. 2. & vide Menoch. d. pręsump. 101 casu quarto num. 34. cum seqq. & casu quinto. Ad quam hęreditatis aditionem ex ijs actibus
52 pręsumptam excludendum aduertere debet filius, vel alius, ac tutor pupilli, vt in hunc modū protestetur, *quod renunciat, vel sese abstinet, ita, vt si vllo vnquā tempore contigerit ipsum facere aliquem actum, quo hæreditatē adijsse, vel sese in ea immiscuisse videri possit, per hunc nunquam hæreditatem adijsse intelligatur, & nunquam se se paterna hæreditati immiscuisse dicatur; sed pro satisfactione sibi facienda ex bonis paternis ex causa dotiū maternarum, vel alia causa*, arg. l. sed & si quis, §. pleriq; ff. de religio. sump. funer. docuerunt Bar. in l. si ita stipulatus la prima, ff. de fideiussor. & Dilectus d. caut. 5. Ne si post repudiationem, vel abstensionem bona hęreditaria penes eum reperiri contigerit, subtraxisse ea, & in fraudem à defuncti hęreditate se se abstinuisse pręsumatur. Quo quidem casu, citra protestationem, si probaretur sub-
53 traxisse bona hęreditaria, & paterna magni valoris, amittit beneficiū abstinendi, ita Docto. & maximè Iason in d. l. 1. C. de repud. vel abstinen. hęred. & perinde tenebitur hęreditarijs creditoribus debita soluere, ac si hęreditati se se immiscuisset Castrens. in l. seruum, §. fin. ff. de acq. hęred. Alex. & alij in l. 2. C. de repud. vel abstin. hęredit. ac allegati à Maran. in d. l. is potest num. 87. ff. de acq. hęred. & à Dilecto vbi supra caut. 15. vbi quid hoc casu contra creditores filius dicere possit. Quod
54 si filius, vel extraneus hęres nō

tacta

facta proteſtatione aliqua ſe ſe immiſcuerit, vel pro hærede geſſerit ſit cautus, vt infra triginta dies inuẽtarium inchoet, & aduerſus creditores tutus * erit, l. fin. §. ſin vero, C. de iure deliberan. Dilectus vbi ſupra caut. 15. num. 4. & creditum ſuum ex aliqua cauſa ſibi tutũ erit, & ſaluum, aliàs actionum confuſio inducetur, l. ſtichum, §. aditio, ff. de ſolut. Dilect. caut. 13. adde. Si autem adierit hæreditatem ſimpliciter, & non cum beneficio legis, & inuentarij, quod adhuc ad beneficium illud admittatur infra quatriẽnium poſt maiorem ętatem per reſtitutionem in integrum iuxta tex. in l. petendæ, C. de tempor. in integr. reſtitutio. & ſi interim pupillus, vel minor decedat, tranſmittat hoc ius ad hæredes inſtitutos, vel ab inteſtato veniẽtes, pugnauit Lanarius pro Virginia Beccuta hærede Fabij fratris ſimpliciter patris hæreditatem adeuntis contra Adrianam Serſalem conſ. 16. An autem filius faciendo pacẽ, & remittendo quærelam inſtitutam de homicidio patris gratis, vel pecunia, eius hæreditatem adijſſe cenſeatur? Et reſolutiuè dicas, quòd non, pro vt docuerunt Bar. in l. quæſitum ff. de ſepulchro violato, & l. pro hærede §. fin. ff. de acqu. hæred. Caſtr. in l. conuentionum autẽ, ff. de pactis, quos refert, & ſequitur Iodoc. de tut. mun. c. 10. num. 76. & 78. Maran. in d. l. is poteſt num. 83. vbi vide plures alios actus, quibus aditio præſumitur, *adde. Ratioq; eſt, quia ius vindictæ competit iure ſanguinis Menoch. lib. 4. pręſumpt. 101. nu. 84. & deciſum in Sacr. Conſ. dixit de Franch. deciſ. 611. vbi nepos ad quærelandum de patrui mortem fuit admiſſus, licet is alium hæredẽ inſtituiſſet, & ſunt plura notanda circa hanc materiam.

56 Sed an minor, qui per ſe, vel tutorem, vel curatorem repudiauit, vel ſe ſe abſtinuit hæreditate, & petat iterum ad eam ſe admitti, ſit audiẽdus? Videas tex. & ibidem notata per Doct. in l. ſi quis ſuus hæres, ff. de iure deliberandi, & l. fin. C. de repud.
57 vel abſtin. hæred. Iſti autem creditores (vt, vnde digreſſi ſumus redeamus) certi, citati ad videndum repudiationem, vel abſtenſionem faciẽdam, ſi nihil habuerint, quod opponant, & ijs non obſtantibus fuerit per iudicem decretum abſtenſionẽ, vel repudiationem admittendã, ne pro ſuo credito protrahãtur, & ſatisfactio differatur, poſſunt omnes, vel maior pars inquirere, an defuncto debitori ſint aliqui proximiores agnati, vel cognati in gradu, ad quos ſpectet repudiata per filiũ, vel liberos ſucceſſio, & illos nominatim citari faciant, Bar. in l. ſi diu incer-

quiret, vt habetur in tex. capitalis, & expressus in l. quamuis C. ad Sen. conf. Tertull. adde Vrsill. ad Afflict. decis. 350. n. 5. dixit fuisse iudicatum in Magna Curia Vicariæ, sequuntur Doct. & Carau. vbi supra num. 12. vbi de limit. ac de forma remissionis, & pactis in ea apponendis est videre. Querelatus demum,
33 si conscientia tutus esse velit, debet omnino curare, vt consignet, quod promisit præoculis habendo interesse, quod pupillo ex morte occisi prouenit, ac etiam pœnam, quam tum in corpore, tum in pecunia simul lueret, nisi redimeret, de cuius quidem pœnæ condemnatione meminit de Franch. decis. 358.
34 vbi quod quando quis punitur pœna corporali mortis ciuilis ad tempus, eo finito debet arrestari, quousq; in pecunia condemnationem soluat, & si non habet in ære iterum luat in corpus, & huiusmodi pœna fuit interpretata temporalis exilij, vt d. decis. nu. 9. ac triremium in casu particulari posito per Afflict. in Const. Regni culpam 6. nota. num. 7. quando scilicet seruientes castellanorum sine ipsorum licentia, & cum pluribus, quam tribus castrũ exeunt: nam puniuntur pœna quatuor Augustalium, quos si non habent, ad seruiendum in Regijs triremibus per sex menses deputantur.

An verò pupillus per remissionem huiusmodi, maximè accepta pecunia de morte patris, vel alterius, eius hæreditatem adijsse videatur, dicemus inferius, num. 55. Restat, vt, quomodo conueniat pupillus, vel tutor debitores iuxta ritum M. C. Vicariæ dicamus, si illud
35 admonuerimus, cũ pupillares debitores maturò tempore, & loco congruo interpellare debere de debito, illudq; diligenter exigere, & per iustitiam exoluendum curare, aliàs si eius culpa lata debitores effecti sunt non soluendo, ac minus idonei, tenebuntur à tempore tutelæ susceptæ ad omne damnum, quod ex cessatione pupillo peruenit, l. 2. vbi vers. negligentia C. arbitr. tut. Iodoc. de tute. mune.
36 cap. 7. ñu. 38. ideoq; (id quod dicemus in Praxi Crim. Instrumentaria, rubrica. *Et cuius nomine agat* num. 5. & in rubrica *Expediatur citatio* num. 44. qui nouiter Deo dante imprimenda) cures tutor, vt citationem expediri facias hoc modo si pupillus est infantia minor. *Ad instantiam, & requisitionem N. tutoris N. pupilli infantis filij, & hæredis mediante præambulo N. N. citetur, &c.* Si vero est maior infantia dicatur. *Ad instantiam N. pupilli filij, & hæredis mediante præambulo N. & N. tutoris eiusdem, citetur talis,* & prosequere, vt in forma

cita-

citationis posita in d. Practica, & primum simul accusent contumaciam, & in vltima comparere tenentur, cum solennibus de quibus supra dictum est, ac cum præambulo pupilli, de quo inferius num. 67. cum tribus seqq. ac ipse pupillus, si est maior infantia cum tutoris authoritate liquidabit, si vero esset infantia minor, solus tutor accusabit, & liquidabit; nisi debitor institerit, vt veniat infans, tunc enim si deberet asportari in bracchijs, eius psentia opus esset, ita Carau. Ritu 166. n. 24. & nos vbi supra in Praxi typis de anno 1597. excussa rubrica. *Et cuius nomine agat*, in principio. Quod si debitor cum sacculo paratus venerit, vt satisfaciat, poterit tutor recipere solutionem, Iason in l. pactū curatoris, C. de pactis, Piagg. q. 15. num. 85. & si plures sunt vnus ex ijs, quia insolidum dati censetur, & hoc per tex. in l. qꝑ si forte, §. sed si absuturo ff. de solution. per quem iuuenis doctor in patriam aduentans consultus ita respondi, nisi tamen testator duobus datis, vetuerit vnum sine alterius cōsilio quicquam agere l. Titium in princ. ff. de admin. tuto. vel nisi diuisa esset administratio secundum ea, quæ diximus supra rubrica. *Vel acceptans solemnia adimpl.* num. 37. per tex. in l. 1. C. de auth. præstan. Monta. cap. 32. reg. 9. num. 15. cum sequ. vbi ampliat in tutore relegato, vel absente antequam ei substituatur curator, atq; in ijs, quibus mandatum fuerit per tutores, vt soluerent debitores, dummodo absit malum consilium cum tutore habitum l. pupillo, ff. de solution. Pariter circa præmissa notandum est, quod
38 confessio tutoris de solutione debiti pupillaris, siue eiusdem apocha producta per debitorē pupillo, vel alteri tutori finita tutela, siue ipsi puberi effecto, an obsit pupillo ità, vt dicatur debitor liberatus, fuit controuersum à nostratibus, siquidem Galli Parisienses ad Alex. cons. 90. num. 3. lib. 3. & cons. 97. num. 3. lib. 7. & communiter Doctores tenuerunt quod sic, referente Viuio, & testante de commu. opin. lib. 2. opinione 68. per tex. in l. Lucius, §. tutelæ, ff. de admin. tut. cessante fraude, & maxime quando confessio non esset nuda, & lucratiua, seu liberalis; sed cum actu dispositiuo coniuncta, secundū eosdem Gallos ad Alex. cōs. 37. num. 2. lib. 3. refert, sequiturq; Mont. c. 32. reg. 9. num. 123. vbi de limitat. & maxime in protutore, nisi tamen pecunia conuersa esset in vtilitatem pupilli, l. debitores, ff. de solut. l. apud Celsum, §. si quis non tutor, ff. de doli exceptione, & l. 2. ff. de eo, qui pro tut. se gessit.

Alij vero magis cõmuniter tenuerunt, quòd non obsit pupillo apocha tutoris producta per debitorem finita tutela, quae confiteatur debitum recepisse iuxta l. plures, C. de fide instr. vt exponit glo. in d.l. Lucius, §. tutelae, referente Soarez, & de magis commu. testante in Thesauro commu. opin. litera C. num. 251. allegato ab eodem Mont. vbi supra, quod videtur tenere, & sequi Caualc. n. 274.

39 Ego vero subscribo primę opinioni, vt scilicet apocha veri tutoris producta finita tutela per debitorem obsit pupillo ita vt ipsum non molestare queat, sed habeat actionem contra tutorem nón se introitantem illam summam iuxta terminos d. tutelae, dum tamen in ea cõfiteatur recepisse pecuniam, tempore quo tutelam administrabat, & data apocha sit tempore administrationis, id quod innuit ille tex. ibi *si tempore administrandae tutelae*, & ibi *tutelam gerenti*, & contraria opinio posset procedere in tutore non vero, & legitimo, vt supra vel quando apocha cantaret de solutione facta tempore, quo erat finita tutela, iuxta terminos tex. in d. l. quod si forte, §. 1. ibi *qui tutor esse desierat, non liberabitur*, vel de confessione facta in apocha, qua tutor confiteretur recepisse nomine mutui pro pupillo, & in ea non apparet de reali numeratione, & in cunctanter facta, * adde. Cogita, & vide, quae inferius dicemus in rub. *Librum conficiat rationum* num. 6. Ex quibus

92 soluentem debitorem aduertimus, vt exhiberi faciat semper solemnia vigore tex. in l. non vtiliter nominatus, C. de eo qui pro tut. segessit. & praemissorũ, & si non sunt benè adimpleta non obstante, quòd praecesserit circa administrationem decretum iudicis, non debet soluere, nisi alio decreto praecedente, aliàs non bene per tutorem implicata pecunia, quia dicitur esse in dolo, & nulla fide, vt docuit Caualc. num. 35. & seqq. petet pupillus in integrum restitutionem aduersus solutionẽ factam, l. 1. C. si aduersus solutionem, cogeturque debitor iterum soluere, & maximè quãdo tutor, vel eius fideiussor non est soluendo, vt in S.C. decisum retulit de Franch. decis. 206. per totum, * adde. Et pro pleniori cognitione, an & quando securè dicatur facta solutio pecunię pro debiti pupilli extinctione distingue ex Guttier. p. 2. c. 22. plures casus, quod aut quis soluit pupillo, absque tutoris, vel iudicis authoritate, & soluta pecunia extat, & non fuit consumpta, sed potius conuersa in ipsius vtilitatem: & tunc soluẽs plenam liberationem consequitur, & ei aduersus minorem excep-

exceptio competit §. pen. inst. quibus aliena. licet vel non, & l. pupillo, ff. de except. vbi glo. & communiter Doct. in l. fin. C. de vsucapio. pro empto. & l. 3. ff. commoda. idq; procedit etiã si res, in quam necessariò emẽdam à pupillo, emptam de soluentis pecunia, perempta fuerit l. verum §. fin. ff. de minor. quo casu pupillo restitutio denegatur. Si autem pecunia solum perempta sit, ac perperã expensa, restituetur pupillus, l. ait prætor in princ. ff. de minor. & l. 1. vbi glo. & communiter Docto. notant. C. si aduersus solutio. Sfortia Oddo de restitut. 2. p. q. 52. ar. 1. nu. 1. vbi ampliat, & limitat, vt est videre per eum. Si vero quis soluit pupillo cum authoritate tutoris, vel curatoris, tunc pleniorem consequitur liberationem; sed restituitur minori si pecunia sit deperdita, vel consumpta ipsorum facilitate, vel culpa, l. Lucius §. tutelæ iuditio, ff. de admini. tutor. d. l. 1. C. si aduers. solutio. vbi glo. & communiter Docto. probatq; Guttier. loco cit. num. 14. qui dum indè num. 13. dicit, quod liberatur omnino debitor hoc casu soluens pupillo cum authoritate tutoris si minor perdiderit pecuniam subsidio; nisi fateamur, vt supra cum pupillũ inde restitui. Quod si soluat curatori, vel tutori tãtum, tunc non competere resti-tutionem pupillo aduersus debitorem, sed contra tutorem, vel curatorem agendum censuit contra Menochium, Caldas, & Molinam, quorum argumentis respondet vsque ad num. 20. & limitat num. 21. & 22. quando debitor sciens qualitatem tutoris, vel curatoris cito pecuniam consumpturi soluerit. Secundo quãdo tempore solutionis contingat læsio, puta quia minus reciperet tutor tempore, loco, causa, vel conditione, vel minorem quantitatem debito, remittendo quid, & idem Guttier. probat n. 27. At tandẽ si soluat præcedẽte iudicis præcepto, tunc plenissimam consequetur liberationem, nec in integrum restitutio à pupillo, vel minore petita concedenda est, l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minor. vbi glo. communiter recepta, & de cõmuni opinione testatur Guttier. vbi supra nu. 4. & l. sancimus, C. de admin. tutor. Sed iuxta prædicta insurgit non contemnenda quæstio, an sufficiat simplex præceptum iudicis, vt liberetur debitor, vel quod debitor alleget creditorem esse minorem, & ideo illi non esse faciendam solutionem? Guttier. loco cit. num. 25. ex Caldas distinguente probat, ꝙ aut solutio fit tutori, vel curatori, & sufficit simplex iudicis præceptum, & procedit l. sancimus C. de admin. tutor. aut so-

lutio fit minori, & tunc requiritur iudicis praeceptum, & expressa iudicis compulsio non obstantem repugnantiam debitoris, tunc enim iudex certior est factus de qualitate minoris, & non est vt quid debitori imputetur, & ita resider. Sed quid
41 dicendum. Contra pupillum, & vnum ex tutoribus, vt supra citantem super liquidationem instrumenti, comparet debitor in vltimo peremptorio, & excipit de prorogatione, quam praesentat, facta per alium contutorem administratione tutelae nō diuisa, an impediatur liquidatio? Et, quia non diuisa administratione vnus sine altero non potest prorogare terminum solutionis debitori, dicendum est procedi debere ad liquidationem per decisionem non satis laudati Praesidis de Franchis 281. & dicemus in nostra Praxi Instrum. quam imprimi Deo fauente curabimus denuo, cum in typis excussa non habeatur in rubr. *Et cuius nomine agat* num... simul autem esse debēt, vel prorogabit solus tutor contutorem non habens teste Mōt. cap. 33. num. 374. Haec qualiter agat tutor pro pupillo sufficiant.

Veniamus modo ad vltimā rubricae particulam, & sic ad
42 tractationem illam, quo pacto tutor vtiliter cōtrahat. Et quoniam verbum cōtrahere, & nomen contractus, si generice accipiatur, comprehendit quasi contractum, & distractum, glo. in l. 3. §. contrarium ff. de contrar. tute. actio. quam ad hoc allegant Bar. in l. more in principio ff. de acquiren. haered. & Rom. cons. 394. & nos diximus in Praxi instrumen. rubric. *Et an praecedente absolutione* num. 20. & quasi contrahere dicatur
43 haeres adeundo haereditatem defuncti, §. haeres, inst. de obligat. quae ex quasi contr. nascun. Bar. & Docto. in d. l. more, Iason in l. cum res, ff. de leg. 1. Afflict. decis. 260. num. 6. ideo primum videbimus, quo pacto tutor nomine pupilli quasi cōtrahat, & haereditatem adeat, bonorumq; possessionem agnoscat, inde quo pacto aliter contrahat, & demum quomodo distrahere possit. Quo ad primum studeat tutor mortui patris, vel ascendentis pupilli, vel etiam
44 extranei haereditatem testamento relictam, vel lege ab intestato delatam infra legitima tempora, si lucrosa est, adire, vel si damnosa est, repudiare, alias ad omnia damna, expensas, & interesse tenebitur, & contra eum in litem iurabitur, l. tutelae ff. locati, l. si ad pupillum, ff. de author. tut. l. cum tutor ff. de tutel. & ration. distrahen. dixit Bald. in l. si infanti, C. de iure delib. Parisius cons. 24. num. 44. & sequ. vol. 2. & Plotus in l. si

quando

quando num.228. verſ.minoribus, C. vnde vi; quod ampliabis, vt etiam tutor teneatur nomine pupilli fideicommiſſariè ſubſtituti cogere hæredem, vt adeat, & reſtituat, ne aliàs per mortem extructo fideicommiſſo teneatur, l. tutores, §. hæres ff. de admin.tutor. Verum, quòd ſufficiat in inuentario deſcribere ius petendi hæreditatem, vt dicatur tutor hæreditatem infanti delatam agnouiſſe, docuit Bar. in l. ſi infanti num. 2. C. de iure deliber. Inſuper, quod licet
45 pupillus, ſiue minor, ſiue maior infantia neſciuerit hæreditatẽ ſibi delatam, ſciuerit tamen tutor ſolus, & deceſſerit pupillus hæreditate non adita, tranſmittat ad hæredem ius deliberandi, dixit Bar. in l. cum antiquioribus num. 3. C. de iure delib. ſequutus eſt Maranta in l. is poteſt in fine, ff. de acquir. hæred. vbi limitauit verum ſi ſuperuiuat tutor tempore mortis pupilli, ſecus ſi prius moriatur tutor per conſ. Bar. 178. & 132. Vnde propter difficultates, quæ oriri poſſent, ipſe tutor, ſi certò ſcit eam eſſe damnoſam, ſtatim repudiabit, ſeu
46 repudiare, vel infra tres menſes per l. fin. §. cum igitur, C. de iure deliber. pupillum ſe ſe abſtinere curet: & quidem ſi pupillus eſt minor infante ſolus id efficiet tutor, ſeruata tamen ſolemnitate inferius deſcribenda, cum pupillus infans non habeat velle, nec nolle, & quicquid videat ignoret, d. l. ſi infanti, l. 1. §. impuberes, C. de falſa moneta, l. pupillus, ff. de acquir. hæred. ſi vero maior, actus fundari debet in perſona pupilli cum intelligat, authorante tamen tutore l. 1. §. ſufficit. ff. de adm. tut. l. impuberi, ff. de tut. & curat. datis ab ijs, Caſtren. conſ. 355. n. 4. 1. vol. Corn. conſ. 164. vol. 4. & allegati per
* Caualc. nu. 68. * Gutt. de tute. p. 2. c. 1. n. 110. & 111. vnde pupillus ipſe cũ tutoris authoritate hoc exequetur comparendo, &
47 libellum in curia iudicis ordinarij offerẽdo tenoris, vt ſequitur. *In Curia, &c. comparet N. N. pupillus, &. N. tutor, idemq; pupillus cum eiuſdem authoritate dicens quatenus N. pater, vel auus, vel frater ipſius pupilli, vel alius extraneus in vltimis conſtitutus ipſum N. vniuerſalem, & particularem vltimo, quod condidit, teſtamẽto creauit hæredem, & ex indè rebus exceſſit humanis, & ſepultus eſt.* Vel *N. N. mortuus, & humanè ſepultus eſt nullo condito teſtamento, cuius hæreditas ipſi in gradu propinquiori defertur à lege: at quoniam ea eſt damnoſa valde, & ære alieno grauata; ideò illam* (quatenus eſt hæreditas fratrum, vel aliorum extraneorum) *repudiat,* ſi vero aſcendentium; *ideo ſeſe ab*

ea abstinet, & petit ad huiusmodi repudiationem, & renunciationem admitti non solum isto, sed omni modo meliori, &c. Quo
48 libello oblato, quoniam clarissimi iuris est solum tutorem repudiare non posse hæreditatē licet adire qn̄ infātia est minor pupillus, l. tutor, ff. de bon. poss. l. 1. §. tutor ff. de succ. edit. l. fin. vbi Bar. & Ang. ff. de acq. hæred. & l. bonorū C. q. admitti, vbi Bal. & d. l. si infanti, C. de iure delib. Maran. in d. l. is potest nu. 145. ff. de acq. hæred. ideo fiet citatio, *quòd moneantur creditores certi nominatim, & incerti per proclama, quatenus si sua interesse putauerint, compareāt prima die ad dicendum quicquid, & inde in antea ad audiendum prouisionem faciendam*, attento tex. in auth. si omnes, C. si minor se ab hæred. abstinue. qui in fortioribus loquitur terminis, vt dicetur inferius num. 55. Insuper, *quod moneantur coniuncti pupilli ad dicēdum quicquid*, docente glo. & Bar. in d. l. tutor. sic etiā dices in legato facto pupillo, & non dum agnito, quod repudiari nō possit aliter secundum eosdem, per tex. in l. magis, §. fundum, ff. de rebus eorū, quibus citatis, relatis nec cōparētibus, vel nihil in iure militās, vel in facto proponētibus, examinatis aliquot, quod intersit pupilli repudiare, vel sese abstinere, fiet prouisio, *quod talis pupillus, cū authoritate tutoris, vel solus tutor nomine pupilli* (attēta minoritate, vel maioritate infantiæ vt supra, ac etiam an fieri possit in minoritate, id quod in quinquennio contingibile esse pupillo docuit additio ad margines l. potuit C. de iure deliber. ad glo. pupillus, & non infra) *admittatur ad prædictam abstensionem, vel repudiationem hæreditatis, vel renunciationem legati, & quòd de cætero pro debitis hæreditarijs, d. quondam N. vel pro onere legato iniuncto non molestetur, vel inquietetur.* & l. tutor pupilli maioris infantia possit extraiuditialiter cum ipso pupillo facere hanc repudiationem non attenta solemnitate supradicta, quæ de necessitate in tutore minoris infantia solo repudiante requiritur, d. §. tutor: tamen eam seruabit quoq; tutor infantia maioris ad euitādum damnum, ne alias teneatur iuxta tex. in l. si ad pupillum, ff. de auth. tutor. Nec obstat. præmissis tex. in l. is po-
49 test ff. de acqu. hæreditate, quod *is potest repudiare, qui potest acquirere*, & cum tutor possit acquirere solus hæreditatem infantis sine hac solemnitate, & extraiuditialiter, ita possit solus repudiare; quia ea regula procedit, quando qui potest acquirere, acquirit nomine proprio, & ad sui vtilitatem, quod non est in tutore, qui dum acquirit,

quirit, acquirit pupilli nomine, & ad pupilli vtilitatem, ita respondet Bar. in d. l. tutor, refert, & sequitur Maran. in d. l. is potest num. 202. Vnusquisq; enim suam bonorum possessionem repudiare potest, alienam non potest l. 1. in princip. ff. de success. edicto. At quoniam sæpe comparēt creditores, & aliquid in iure militans ad abstensionē, vel repudiationem impediendā
50 proponunt; idcirco de hoc breuiter differamus. Et primo quidem, quando hæreditas fuit adita verè. Secundo præsumptiuè. Verè, vt in iuditio præcedente decreto iudicis, vel extraiudicialiter sola præuia declaratione voluntatis, quòd ipsam adijt cum authoritate alterius tutoris præmortui fortè, quæ voluntas, & declaratio sufficit ad ipsam, cum dependeat ex animo, l. pro hærede, vbi glo. ff. de acquir. hæred. etiam non apparentibus actibus extrinsecis, estq; cōmunis opinio teste Dilecto de arte testan. in tit. de acqu. vel repud. hæred. caut. 2. idq; probari poterit per testes, vel per instrumentum coram Notario, & iudice confectum.
* Et de verbis quibus censetur adijsse agit Menoch. lib. 4. præsumpt. 100. Præsumptiuè vero, cum is, qui adire hæreditatem poterat, effecerit ea, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri nequeunt d. l. pro hærede §. Papinianus vbi Docto. notant. Et
51 quidem citra ius, & nomen hęredis fieri non possunt quatuor, ex quibus declaratio facta verbo facit veram aditionem, tria verò præsumptā, scilicet actus acquisitiuus, actus translatiuus, & actus possessiuus, teste Baldo in cons. 224. vol. 2. Hinc est, q hæres intelligitur, ac præsumitur hæreditatem adijsse, si vtatur frumento, vino, alijsq; bonis hæreditarijs, ac aliquid à debitoribus hæreditarijs exegerit. Item si quid ex bonis defuncti erogет, vel hæreditarijs creditoribus debitum soluat. Bar. in l. gerit, ff. de acq. hæred. Alex. in l. 1. C. de iure deliber. Dilectus vbi supra cautela .s. Petrus Duennas reg. 277. in fine, adde
* Vel si annuos introitus vendiderit alicui super rē, quam dicat hæreditariam, & ipsam possidere vti hæredem, quo casu hanc confessionem, & hunc actū adeo ipsi nocere constat in beneficium eius, cum quo contrahit, vt etiam ad cæteros creditores extendatur, vt decisum in Sac. Cons. dixit dominus de Franch. decis. 694. de quibus, & alijs latè discutit Menoch. vbi supra præsumpt. 101. est tamen verum, quod hæc præsumptio aditionis factę allegari debet ab eo, cuius interest esse factam. Menoch. lib. 1. pręsumpt. q. 48. num. 16. Item si post mortem patris paternam domum habitasse

tasse

tasse probetur, l. 1. C. de repudian. vel abstin. hęred. cum ibi notatis per Docto. & Decium cons. 491. ac alios relatos à Marcello Calà in glo. vnica §. 2. q. . . . num. 653. etiam si titulo emptionis possideat, vt dixit idem vbi supra q. 180. nu. 596. * adde. Vbi tractat de actibus, quibus inducta pręsumitur repudiatio, de quibus latius per Menoch. loco cit. pręsump. 102. pupillus vero si inhabitat domū paternam sciente, ac patiente tutore, hęreditatem adijsse non dicetur, cum ea tutoris patientia in pupilli aditione non operetur authoritatem, quæ ei necessaria est, l. pupillus, ff. de acquirl hæred. l. poterit, C. de iure deliber. quod fallit si tutor mandasset pupillo, vt quid in ea domo faceret; quia huiusmodi mandati exceptio authoritatem induceret: vel si pupillus domi diu. .i. per annos decem, vel plus mansisset: nam tunc per hoc aditio probaretur, & omnia solemniter acta censerentur, l. qui in aliena, §. & si non adierit, ff. de acquir. hęred. Manz. 2. q. 2. q. princip. num. 2. & vide Menoch. d. pręsump. 101 casu quarto num. 34. cum seqq. & casu quinto. Ad quam hęreditatis aditionem ex ijs actibus
52 pręsumptam excludendum aduertere debet filius, vel alius, ac tutor pupilli, vt in hunc modū protestetur, *quod renunciat, vel sese abstinet, ita, vt si vllo vnquā tempore contigerit ipsum facere aliquem actum, quo hæreditatē adijsse, vel sese in ea immiscuisse videri possit, per hunc nunquam hæreditatem adijsse intelligatur, & nunquam se se paterna hæreditati immiscuisse dicatur; sed pro satisfactione sibi facienda ex bonis paternis ex causa dotiū maternarum, vel alia causa*, arg. l. sed & si quis, §. plerīq; ff. de religio. sump. funer. docuerunt Bar. in l. si ita stipulatus la prima, ff. de fideiussor. & Dilectus d. caut. 5. Ne si post repudiationem, vel abstensionem bona hęreditaria penes eum reperiri contigerit, subtraxisse ea, & in fraudem à defuncti hęreditate se se abstinuisse pręsumatur. Quo quidem casu, citra protestationem, si probaretur sub-
53 traxisse bona hęreditaria, & paterna magni valoris, amittit beneficiū abstinendi, ita Docto. & maximè Iason in d. l. 1. C. de repud. vel abstinen. hęred. & perinde tenebitur hęreditarijs creditoribus debita soluere, ac si hęreditati se se immiscuisset Castrens. in l. seruum, §. fin. ff. de acq. hęred. Alex. & alij in l. 2. C. de repud. vel abstin. hęredit. ac allegati à Maran. in d. l. is potest num. 87. ff. de acq. hęred. & à Dilecto vbi supra caut. 15. vbi quid hoc casu contra creditores filius dicere possit. Quod
54 si filius, vel extraneus hęres nō

tacta

acta protestatione aliqua se se immiscuerit, vel pro hęrede gesserit sit cautus, vt intra triginta dies inuẽtarium inchoet, & aduersus creditores tutus erit, l. fin. §. sin vero, C. de iure deliberan. Dilectus vbi supra caut. 15. num. 4. & creditum suum ex aliqua causa sibi tutũ erit, & saluum, aliàs actionum confusio inducetur, l. stichum, §. aditio, ff. de solut. Dilect. caut. 13. adde. Si autem adierit hæreditatem simpliciter, & non cum beneficio legis, & inuentarij, quod adhuc ad beneficium illud admittatur infra quatriẽnium post maiorem ętatem per restitutionem in integrum iuxta tex. in l. petendæ, C. de tempor. in integr. restitutio. & si interim pupillus, vel minor decedat, transmittat hoc ius ad hæredes institutos, vel ab intestato veniẽtes, pugnauit Lanarius pro Virginia Beccuta hærede Fabij fratris simpliciter patris hæreditatem adeuntis contra Adrianam Sersalem cons. 16. An autem filius faciendo pacẽ, & remittendo quærelam institutam de homicidio patris gratis, vel pecunia, eius hæreditatem adijsse censeatur? Et resolutiuè dicas, quòd non, pro vt docuerunt Bar. in l. quæsitum ff. de sepulchro. violato, & l. pro hærede §. fin. ff. de acqu. hæred. Castr. in l. conuentionum autẽ, ff. de pactis, quos refert, & sequitur Iodoc. de tut. mun. c. 10. num. 76. & 78. Maran. in d. l. is potest num. 83. vbi vide plures alios actus, quibus aditio præsumitur, * addde. Ratioq; est, quia ius vindictæ competit iure sanguinis Menoch. lib. 4. pręsumpt. 101. nu. 84. & decisum in Sacr. Cons. dixit de Franch. decis. 611. vbi nepos ad quærelandum de patrui mortem fuit admissus, licet is alium hæredẽ instituisset, & sunt plura notanda circa hanc materiam.

56 Sed an minor, qui per se, vel tutorem, vel curatorem repudiauit, vel se se abstinuit hæreditate, & petat iterum ad eam se admitti, sit audiẽdus? Videas tex. & ibidem notata per Doct. in l. si quis suus hæres, ff. de iure deliberandi, & l. fin. C. de repud.

57 vel abstin. hæred. Isti autem creditores (vt, vnde digressi sumus redeamus) certi, citati ad videndum repudiationem, vel abstensionem faciẽdam, si nihil habuerint, quod opponant, & ijs non obstantibus fuerit per iudicem decretum abstensionẽ, vel repudiationem admittendã, ne pro suo credito protrahãtur, & satisfactio differatur, possunt omnes, vel maior pars inquirere, an defuncto debitori sint aliqui proximiores agnati, vel cognati in gradu, ad quos spectet repudiata per filiũ, vel liberos successio, & illos nominatim citari faciant, Bar. in l. si diu incer-

incertum, ff. ex quibus cau. in possess. eatur, & l. 1. & 2. ff. de curat. bonis dando. Mont. c. 28. n. 64. vbi per totum de materia. Si vero sint incerti, & constet, clarũq; sit, ꝙ nõ adsint propinqui, tũc proclama, *vt infra centũ dies*, ex quo extranei sunt, docẽte Bar. in l. si di 1, & l. si quis instituatur, §. 3. ff. de hæred. inst. p tex. in l. 1. §. largius, ff. de success. edicto, & l. 2. ff. de iur. delib. Vel, & melius infra terminum ipsius iudicis arbitrio statuẽdum iux. glo. communiter approbatam in l. quandiu la seconda, ff. de acquiren. hæred. & habetur per Alex. cons. 4. vol. 2. & Dilect. de acqu. hæred. caut. 7. *adeant vel repudient hæreditatem talis per filium, vel alios ex liberis repudiatam, alias ipso termino elapso, & non comparentibus deueniet curia ad dationem curatoris hæreditati iacenti*; & sic terminus à lege datus scilicet anni in suis, & centum dierum in extraneis potest quo ad hoc minui à iudice, & breuiati, sed nequaquam quoad ipsos omnino à successione excludendos; nam infra illum acceptare possunt hęreditatem, & successionem adimplendo ea, quæ ponũ-
58 tur per Capic. decis. 87. & si nõ comparuerint, dabitur in eorũ contumaciam curator hæreditati iacenti, d. l. 1. & 2. Contra quem adimpletis adimplendis, vt in d. decis. Cap. & in tractatu Calà glo. vnica §. 2. num. 813. & 817. q. 292. dirigent gressus creditores, & litigabunt, & cum ijs filius ipse, vel nepos sese abstinens creditor ex aliqua causa, vt supra, concurret ad faciẽdum fieri graduationem, vt per Caualc. num. 110.

59 Pariter Bonorum possessionem pupillo delatam, si expedire videbit, repudiabit tutor, l. si ad pupillum ff. de auth. tut. non quidem solus, sed cum pupillo semper, si est infantia maior, & etiã extraiuditium coram Notario, & Iudice, vel vestibus ad hoc vocatis, l. 1. §. tutor, ff. de succ. edicto l. potuit. C. de iure deliber. sed benè solus, si est infantia minor, requisitis tamen amicis, & consanguineis, & cum iudicis decreto iuxta glo. in d. l. tutor. ff. de bonor. possess. & in d. l. potuit. Nec dicas, quòd cũ tutor solus possit agnoscere bonorum possessionem pupilli, siue minoris, siue maioris infantia, vt docuit glo. in l. pupillus in fine ff. de acquir. hæred. per l. tutor. ff. de bonor. possess. & nos plenius dicemus infra nu. 76. & 78. ergo solus repudiare bonorum possessionem maiori infantia pupillo delatam per tex. in sæpe allegata, l. is potest *quod his potest repudiare, quod adire*; nam respondeo, vt superius in repudiatione hæreditatis, quod quisq; suam põt repudiare bonorum possessionem, alie-

alienam non potest l. 1. in principio ff. de success. edicto. Ratioq; diuersitatis inter agnitionem, & repudiationem, vt illa per alium celebretur, hæc nequaquam, esse dicitur, quia quando agnoscitur bonorum possessio, ex hoc actu nullum potest oriri damnum pupillo, si quidē aduersus eam se restitui petere possit l. 1. C. quando minor se ab hæred. abstin. sed quā do repudiatur, potest damnum considerari; quia licet pupillus restituatur; tamen si res hæreditariæ non sunt integræ, ad eas restitutio non trahitur, l. quod si minor, § Scæuola ff. de minorib. Piagg. q. 15. num. 76. cum seq. & licet habeat regressum contra tutorem, vt habetur in d. l. si ad pupillum, potest tamen esse quod tutor non soluendo fiat postea, & sic regressus, & actio inanis erit, l. nam is, ff. de dolo, & melius est rem habere, quam cautionem, l. pupilli, ff. quod falso tutor. & sic ex renūciatione hoc modo facta, quæ
60 etiam per procuratorem fieri potest docente Bar. in l. 1. C. qui admitt. num. 30. inducitur hæreditatis repudiatio, sunt, & alij modi positi per Maran. in d. l. is potest num. 95. & per Calà glo. vnica, §. 2. quæst. 207. nu. 651. quos per ipsos est videre.

Quod si tutor certò scit hæreditatem esse lucrosam, vel opulentam, tunc quia solus pupillus infantia maior sine tutore regulariter eam adire nequit §. inst. de auth. tutor. & l. pupillus, ff. de acqu. hæred. curet, vt pupillus adeat cum eius authoritate extra iudicialiter coram Notario, & testibus conficiendo actum aditionis, vel etiam præsentando iuditialiter libellū in hunc modum conceptum.
61 *In curia, &c. comparent N pupillus, & N. N. tutor,* attento tex. l. cum quædam, C. de adm. tut. & d. l. pupillus. Vel (si minor est infantia, & fari nescit iuxta relata per nos supra num. 48.) *Exponit N. tutor N. infantis pupilli, & dicit N. dicti pupilli, auum. vel fratrem, siue cōsanguineum diebus elapsis intestatum decessisse nullis relictis descendentibus, vel in gradu ipso pupillo proximioribus, cuius quidem hæreditatem ei à lege delatam vti opulentam, & lucrosam cum nomine d. pupilli intendat adire, vel in ea se se immiscere, ideo istat de prædictis curiam informari, & constito, vt sufficiat, admitti ad præmissa, ac d. pupillum declarari hæredem cum potestate conueniendi debitores hæreditarios incusandi, & liquidandi obligationes & instrumenta, ac faciendi omnia, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri non possunt isto, ac omni modo meliori, &c.* Quo
62 oblato fiant prouisiones, vt intra

fra dicetur num. 67. cum sequ. Dixi superius, quod infantia maior regulariter sine tutore nō adit hæreditatem; nam sunt aliqui casus, quibus solus pupillus adire potest. Primus est, quando ex aditione ipse non restaret obligatus, vt quia alteri restituere hęreditatem debet Angel. & Castren. in l. 2. ff. de except. Alex. cons. 234. lib. 6. ac alij quos allegat Mont. c. 30. num. 125. Secundus si extaret statutum habilitans ipsum pupillum ad adeundum sine tutore Angel. in l. more, ff. de acqu. hæred. Alex. in l. bonorum, C. qui admitti. Tertius est in pupillo suo hærede, qui se se immiscere potest hęreditati paternæ, in qua non est periculū l. in suis, & legitimis, l. necessarij, ff. de acquir. hæred. Mont. vbi supra nu. 128. & 133. Quartus est, quia potest adire facto eius interueniente, puta adimplendo conditionem, sub qua institutus esset hæres, absque tutore, l. conditionibns, ff. de cond. & demonstr. Alexan. d. l. bonorum, & l. si pupillus, l. de cond. & demonstr. Monta. nu.
63 164. & 165. Solus autem tutor maiori infantia pupillo hęreditatem delatam, etiam iudice authorante adire non poterit sine pupillo, Bald. & Castrens. in d. l. bonorum, Maran. in d. l. is potest num. 147. de ratione dicemus inferius num. 78.

64 Si vero tutor est dubius circa hæreditatem, & tunc datur duplex remedium quo vtatur. Alterum est, vt petat à iudice, vel à Principe terminum ad deliberandum, vt instrui possit an hæreditas damnosa sit l. 1. & l. Aristo l. de iure deliber. & l. fin. §. hæc quidem C. de iure delib. qui terminus erit nouem mensium si à iudicibus inferioribus concedatur, si vero à Principe annus licet à lege semper detur annus, quando non petitur l. cū antiquioribus C. de iure deliber. & ita euitando correctionem d. legis per d. l. fin. concordat glo. in l. fin. §. si. infra ꝙ spatium debet facere inuentarium cum omni solemnitate, & subtilitate, & si adierit, post dictum tempus dicta l. finalis beneficio gaudere non poterit, sed insolidum etiam vltra vires hæreditatis creditoribus tenebitur: Si vero non recusauerit infra dictum tempus, similiter tenebitur d. l. fin. §. sin autem hoc. Quod si petat terminum ad deliberandum, & inuentarium non fecerit; sed vel adierit infra illum, vel non repudiauerit, non tantum tenebitur creditoribus insolidum; sed etiam Falcidiæ beneficium amittet. Quid autem articulandum, & probandum sit hęredi, ne teneatur vltra vires hæreditarias, ponit Marcellus Calá glo. vnica §. 2. q. 395. num. 1015. ad quem recurre.

curre in actu practico. Si vero repudiauerit non cōfecto inuētario infra tēpus petitū, res hæreditarias tantum restituet sub forma tradita in d. l. fin. §. quod si post. Alterum, & tutius reme-
65 dium, passimque obseruatum in practica est, vt adeat hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, legis dico finalis C. de iure deliber. vt non teneatur vltra vires hæreditatis, ac detrahat ex legatis Falcidiam: & inuentarij, vt si hæres fortè est creditor ex aliqua causa eius, qui ipsum instituit hæredem, vel cuius hæreditas ab intestato defertur per inuentarij confectionem non dicatur esse facta actionum confusio d. l. Stichum §. aditio ff. de solutio. sed separatio d. l. fin. §. in computatione vers. *si vero, & ipse*, quam impetrabit, & de bonis defuncti pro modo quantitatis debitæ insolutum à iudice sibi assignari faciet iuxta l. si & l. fin. ff. de separat. vbi Bar. & alij quos allegat Dilect. vbi sup. caut. 13.
66 Hoc autem inuentarium debet (vt supra tetigimus) inchoari infra triginta dies à tempore scientiæ delationis, vel aditionis hæreditatis, & infra alios duos menses perfici, & sic infra nonaginta dies inchoari, & perfici quo ad res præsentes in loco, vbi sit, quo vero ad res absentes infra annum, .i. infra quatuor menses inchoari, & infra duodecim perfici d. l. fin. §. similique modo, & §. fin autem à loco, quod tempus breuiari à iudice non posse, astruit * Guido Papius de inuent. num. 11. Iodocus de tutor. mun. cap. 3. num. 9. cum sequ. * adde, & si infra hoc tempus non confeceri minor, quod pro bona læsione restituatur, docuit idem Papius decis. 141. & 142. & in dicto tractu num. 12. & hoc casu, si hæreditas deferatur ab intestato, & simus in suis, & hæreditate ascendentium, tunc comparebit in curia offerendo libellum hoc modo conceptum. *In curia, &c. Expònit N. pupillus* (si est maior semptem annis) *cum N. eius tutore*, vel (vt superius dicebamus) *N. tutor N. pupilli infantis*, si est minor septem annis, *& dicit N. eius patrem, vel N. eius auum diebus elapsis intestatum decessisse nullis relictis descendentibus alijs superstitibus, quam ipso pupillo exponente, ad quem cum eius hæreditas deferatur à lege, & in ea intendat se se immiscere cum beneficio legis & inuentarij, ne in futurum teneatur vltra vires hæreditatis, instat propterea ad prædicta admitti, ac hæredem declarari cum potestate incusandi obligationes, & liquidandi instrumenta contra debitores, ac faciendi omnia, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri nequeunt omni modo meliori &c.*

&c. Quo libello oblato fiet decretum à iudice quod *capiatur summaria informatio de expositis, qua capta prouidebitur*, & docto per duos testes de visu, vel septem de auditu, quod ille talis sit mortuus, & humanè sepultus, & quod sit solus in gradu proximior, fiet decretum iuxta formam inferius describendam, idq; absque aliorum
68 propinquorum citatione. Si vero essemus in extraneis hædibus, puta existentibus, in linea transuersali, & tunc aut sumus in fratribus, aut in gradu vlterioribus, si in fratribus adhuc nullam solere fieri citationem interesse prætendentium, dixit Carau. in ritu M. Curiæ 181. num. 4. si vero in vlteriori gradu positis, tunc præsentato libello iudex debet expedire citationem, quod scilicet *intimetur per proclama interesse prætendentibus super hæreditate d. N. ab intestato decedentis, vt prima die iuridica cōpareant ad dicendum aduersus petita, & quare ea fieri, & exequi non debent, & inde in antea ad audiendum prouisionem faciendā.* Quibus citatis, & relatis accusabuntur contumaciç, vel non iuxta stylum curiarum, & fiet decretum, *quod informatio capiatur*, qua informatione si constat de allegatis, & expositis fiet decretum Prçambuli vt dicemus. Vel etiam porrecto libello decretum, quod *capiatur informatio*, & constito de expositis, quando ille petit se declarari hçredem mediante Prçambulo, tunc fiat citatio ad dicendum vt supra, & nullo comparente, vel contradicente procedetur ad Prçambulum.

Si vero est delata hæreditas ex testamento, tunc comparebit in Curia, vt docuit Tartagl. in Praxi ciuili cap. 1. num. 52. cum libello huius tenoris. *In*
69 *Curia, &c. Comparet N. pupillus cum assensu consensu, & authoritate N. tutoris, & dicit quatenus in vltimis constitutus N. N. pater, vel patruus, vel frater ipsius pupilli ipsum testamento hæredem instituit vniuersalem super omnibus eius bonis, creditis, actionibus, & recolligentijs intēdēs proinde dictā hæreditatē adire cum beneficio legis, & inuentary, ne in futurū teneatur vltra vires hæreditatis, instat propterea ad prædicta admitti ōi meliori modo, &c.* Quo præsentato iudex interloquetur, *capiatur* (vt supra *summaria informatio de expositis* .i. comparentem pupillum institutum hæredem, assertum testatorem esse mortuum, & Ecclesiasticæ sepulturæ traditum,
70 eoq; constito fiet decretum præambuli in eum, qui sequitur modum. *Curia ipsa visa petitione, & informatione desuper capta decernendo prouidet, quod*

dictus

dictus N. pupillus declaretur, prout declaratur cum beneficio legis, & inuentarij hæres prædicti N. ex testamento (vel *ab intestato* in libellis superius descri ptis) *cum potestate faciendi omnia, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri non possunt*. Quæ quot, qualiaue sint diximus supra num. 51. Quæ expediet tutor solus infra infantiam constitutis pupillis, & cum ipsis, si sunt vltra illam, vt dicebamus superius. Quo decreto lato ex doctrina glo. in l. fin. §. sin autem dubius, vers. cæterorum, vbi Alex. C. de iure deliberan. & Alcy. cons. 93. num. 7. 3. vol. Abb. cons. 73. vol. 3. ac allegat. à Roland. de inuent. p. 3. vers. citandi cũ quatuor sequ. f. 45. & 46. & Iodoc. de tut. mun. c. 5.
71 in princ. debet expediri citatio super aditione hæreditatis, *& citari debent omnes creditores personaliter, vel domi nominatim*, si certi sunt, * adde, iuxta tex. in l. scire oportet, §. oportet ff. de excusa. tutor. l. 4. §. abesse, ff. de damno infecto, l. eum qui, C. de procurat. & si incerti *per proclama per loca solita*, * l. si eo tempore. C. de distract. pignor. Bald. & alij citati à Guido Pap. vbi sup. nu. 3. *quod tali die, & hora cum continuatione vsq; ad finem, compareant propè ianuam talis Ecclesiæ, siue domum dicti N. defuncti in tali loco positam*, & hoc in partibus, & oppidis, vbi notoriẹ sunt domus, *ad videndum confectionem inuentarij, hæreditatisq; aditionem*, * adde. Et quod vnica pro trina sufficiat citatio iuxta tex. in l. ad peremptorium cum seq. ff. de iudicijs dixit seruari excepta causa feudalia, Guido Pap. d. tract. nu. 2. & num. 4. quod vnica tantum non valet respectu non citatorum, neq; prosit hæredi dixit in auth. sed cum testator, C. ad l. falc. & in d. l. sumus Bal. & quod teneatur hæres insolidum si aliquam rem dolose describere omiserit, dixit glo. & Iacobus de Beluiso in auth. de hæred. & falcidia, §. si vero non fecerit colum. 1. & alij adducti à Guidon. Papæ in d. tract. num. 5. & dolosè quidem dicitur versari si appareret, quod confectionis inuentarij tempore sciuit alias res, quas describi non curauit, vel post ad eius deuenerunt notitiam, & scribi, & notari non fecit; sed in contumacia perseuerauit. ita per tex. in l. 2. §. circa ibi dolo facere, ff. de doli exceptione, dixit Guid. Pap. n. 6. Item dolus præsumitur, atque conijcitur si hæres sit filius, vel consanguineus defuncti, quia ij propinquorum facta scire præsumuntur, Andr. in cap. 1. circa finem, de success. feudi. Item tertio si non sint seruatẹ omnes solemnitates à iure statutẹ circa inuentarij confectionem,

nem, quia mala fides pręsumitur, vbi in actu debita solemnitas non sumatur, glo. in l. 1. C. de fide instrumen. & iure hastæ fiscal. lib. 10. & alij allegati à Guidone Papa in d. tract. nu. 6. In qua die, & hora, vel sequentibus si vno die non poterit expediri inuentarium, præsentibus locupletibus .i. qui viderũt testatorem mortuum, vel eum cui succeditur, & Ecclesiasticæ sepulturæ traditum, annotãtur defuncti bona, & aditur hæreditas, de quibus omnibus conficitur publicum instrumẽtum: ante cuius inuentarij cõfectionem, quod neque conuenire, neque conueniri possit hæres dictum est supra in rubrica. *Vel acceptans solemnia adimpl.* n. 15. quo recurras; nam num. sequ. tradidimus modum cõficiendi vnum inuentarium deseruiens, tam tutori, quam hęredi adeunti cum eius beneficio. Hic autem est aduertendũ, quod licet statim adita hęreditate, & facto pręambulo cum clausula, de qua supra, *vt faciat hæres omnia quæ citra ius, &c.* In hęredem

72 transeant omnia iura, & signãter actus possessiuus, ipsi tamen non quęritur possessio rerum hęreditariarũ, nisi realiter corpore apprehendantur, l. cum hęredes, ff. de acquir. possess. & dictus actus possessiuus non quęritur à principio, sed ex post facto hęredis, cui quãuis liceat dicto pręambulo mediante, vel aditione alias facta possessionẽ prædictam bonorum hæreditariorum propria authoritate accipere; tamen poterit (si velit) vti remedio l. fin. C. de edicto D. Adr. tollen. & sic licentia iudicis habita immitti in illorũ bonorum naturalem, & realem possessionem ad euitandum euitanda, & hoc fiet, si declaratio testatoris, & institutio hæredis in scriptis redacta, vel facta non est, sed verbo coram testibus, præsentata comparitione iudici, examinatis testibus, publicatisque attestationibus secundum glo. in d. l. fin. vers. depositionibus, vbi Bar. num. 17. si in scriptis redacta in testamẽtum nuncupatiuum, vel clausum, pręsentato testamento iudici in forma publica, quod non sit cancellatum, abolitum, vel aliqua sui parte vitiatum, quibus actis, & depositionibus, vel testamento visis, & constito de morte testatoris in testamento nuncupatiuo, vel aliter non constito per aliam scripturam, & probationem, in testamento in scriptis, quod

73 supra clausum diximus (aliter enim aperiri, & publicari non potuit, nisi secuta morte testatoris, l. 2. §. si dubitetur, ff. quemad. testam. aperian. per quam notat id glo. in l. 2. C. eod. Caualc. per multa num. 334.) iudex decernet *immittendum esse*

esse hæredem in possessionem omnium bonorum, quæ defunctus habuit vsq; ad tempus mortis, & executionem ipsius cõmittet familiæ, quæ quicquid factum fuerit referat, & in scriptis redigatur, d. l. fin, ibi. *Eam testificatione publicarum personarũ accipiat*, vbi glo. exponit executoris, & tabellionis, * adde. Licet enim adita hæreditate omnia bona, & iura defuncti in hæredem transeant: tamen fallit in possessione, quæ actualiter apprehendi debere constat ex solemni tex. l. cum hæredes, ff. de acquir. possess. Hocq; remedium descernit ad multa, & fi-
74 gnanter ad probandum, & probatum habendum continuationem possessionis, & interrumpendum præscriptionẽ alicuius rei perficiendam arg. c. fine præscriptione de reg. iuris in 6. & sic d. l. fin. non est superflua, non obstante, quod propria authoritate hæres capere possit possessionem, non enim ex hoc solo, quod quis declarauit se adire hæreditatem, vel fuit hæres declaratus, diceretur probata possessio, si in iuditio aliter non probaretur, nam potuit interrũpi ipsa possessio post mortem testatoris, vt in l. Pomponius, §. quæsitum, & l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acquir. possess. iuuat pariter hæredem ad probandum, & probatum habendum intentionem contra aliquem, qui possessionem rerum hæreditariarũ
75 occuparet, vt teneatur pœna, l. si quis in tantam, C. vnde vi qua alias non teneretur; nam loci vacantis possessio impune occupatur, §. quod autem, inst. de vsucap. cum alijs adductis per Dilectum, vbi supta cautela 20. vbi per multa admonet, vt statim hæres adita hæreditate hæreditariarum possessionem rerum apprehendat. hæc quo ad aditionem hæreditatis, quæ est remedium, atque inuentum
76 iuris ciuilis. At quoq; de iure prætorio inuentum, & remediũ .s. bonorum possessionẽ pupillo delatam agnoscere debet ante tẽporis lapsũ tutor siue infãtis, siue infantia maioris, & quidem solus, vt dixit glo. in l. pupillus in fin. ff. de acquir. hæred. per l. tutor, ff. de bonor. possess. Bald. in l. impuberi ad finem, ff. de tutor. & curat. datis ab ijs, & est communis opinio secũdum relatos à Piagg. q. 15. num. 70. qui rationẽ huius dicti dicebat esse. quia tutor habet plenam, & liberam in rebus minoris administrationem, ideoque à lege mandatum cum libera habere dicitur, allegat glo. in l. mandato generali in fine, ff. de procuratoribus, & Docto. in l. potuit C. de iure delib. atq; sequitur Monta. qui de communi
77 opinione testatur cap. 30. nu. 24. & num. 131. dixit non posse

I 2 pupil-

pupillum solum agnoscere bonorum possessionem etiam si tutore careret, & copia iudicis haberi non posset; sed debere remitti ad decuriones per l. vbi absunt vbi Bar. tradit ff. de tut. & curat. datis ab ijs reprobata glo. in l. de pupillo vers. habebitur ff. de ope. noui nunciat. quam dicit saluari posse, quando periculum est in mora, quo casu ordo iuris relaxatur, d. l. de pupillo, §. si quis riuos, Maran. d. l. is potest num. 145. in fine, & num. precedenti dixit, quod quãdo infans est pupillus, & tutore caret, amici, & consanguinei adibunt nomine eius iudicem, & bonorum possessionem petent, ex Alex. in d. l. si infanti, & l. fin. col. 5. C. vnde cognati, & Bald. in rubrica C. qui admitti q. 6. & alias sine amicis, & consanguineis, quod infans, qui fari nequeat, neque cum authoritate iudicis illam agnoscat, per multa dixit Maranta vbi supra nu. 151. & seq. vbi, quod tutore carẽti pupillo ad adeundum hæreditatem, & agnoscendum bonorum possessionem detur tutor, nõ curator per l. cum in vna, §. tut. ff. de appella. & l. seruus, §. impubes

78 ff. de bonor. possess. & ratio diuersitatis, quod solus indistinctè possit minoris, & maioris infantia pupilli agnoscere bonorum possessionem, sed non hæreditatem infantia maiori pupillo delatam, vt diximus supra num. 63. ea esse videtur; quia in agnoscenda bonorum possessione non solũ interuenit tutor; sed etiam iudex, & sic actus iste est iudicialis ita, vt extraiuditium fieri nequeat l. fi. C. qui admitti, dixit Maran. d. l. is qui, num. 84. circa mediũ, in adeunda verò hæreditate secus, cum aditio ex sola voluntate, & animo adeuntis pẽdeat, quæ per tertiũ expleri nequit, & extraiuditium actus hic fieri possit, & consequenter de facili cedere deceptio, hanc præsensit Bald. in d. l. bonorum, C. qui admitti, ante ipsum glo. in l. 1. §. decretalis ff. de succ. edicto, sequuti sunt Iason in d. l. bononorum num. 7. & Alex. in d. l. pupillus num. 6. & Piagg. vbi

* supra num. 83.* adde. An autem & quando pupilli dicentur cõtrahere societatem cũ tutoris, vel curatoris authoritate, vnà cũ fructibus, vel alijs affinibus, vide per Menocch. lib. 3. præsump. 56. n. 6. cum pluribus sequen. per totum secundum casum.

79 Sed pro complemento materiæ quasi contractus; Quæro, an adita hæreditate per minorem, vel tutorem, vel agnita bonorum possessione secundum pmissa, possit per eos inde fieri repudiatio in integrum restitutione petita, & vsque ad quod tempus? Et dicas, quod hoc depen-

dependet ex discussione tex. in l. 3. §. scio ff. de minoribus, qui videtur dicere, quod sic. Sed tu circa eum ex Caualc. num. 75. & sequ. distinguas, quod aut petit restitutionem minor adhuc maior non effectus, aut vero maior effectus. Primo casu, aut adiuit hæreditatem solemniter, aut non solemniter, si non solemniter, restituetur officio iudicis quo ad aditionem, sicut ex capitè rescissorio actione in rem quo ad res alienatas, & alios actus: si solemniter, & tūc, aut verè reperitur circumscriptus, & læsus infra dimidiam iusti pretij, & restituetur in integrum ex capite læsionis l. 1. & 2. C. si minor se ab hæred. abstinuer. & sunt alia allegata à Caualc. nu. 78. aut vltra dimidiam, & restituetur ordinario remedio l. 2. C. de rescindend. vend. aliquo iuramento non obstante, & hoc casu quid sibi probandum sit, docuit Calà q. 431. num. 1096. glo. vnica §. 2. Secundo casu si maior effectus, & tunc distinguas, aut maior effectus facto, puta exigendo, soluendo, &c. ratificauit, aut silentio per taciturnitatem. Primo casu dicas, quod aut ratificauit omnia hęreditatis aditionem concernentia, & quo ad omnia sibi præiudicauit, & ita procedet tex. in l. 1. & 2. C. si maior factus ratum habu. aut vero quædam tantum, & dicendum, quod ad ea tantum sibi præiudicium generauit, nec restituetur l. si mulier ff. de minor. vbi docto. circa vero reliqua ei competet restitutio, & ita procedit tex. in d. l. 3. §. scio. hinc est, quod denegabitur restitutio quo ad præterita, sed non quo ad futura, & sic aduersus aditionem restituetur ex capte læsionis circa debita soluenda, &
80 credita exigenda. Et licet aditio hæreditatis sit vniuersalis, & indiuidua, tamen, cū plura respiciat capita, & factum proprium, actio, & exactio sit diuidua l. 2. & 3. C. de hæred. action. dicendum, quod diuiditur modo præmisso, vt ratificatio vnius capitali aliorum confirmationem non inducat, cum scriptura plura continens capitula possit pro parte probari, & pro parte improbari l. Publia §. fin. vbi Bar. ff. depositi Alex. consil. 71. num. 5. vol. 3. & allegati à
81 Caualc. vbi supra. Secundo vero casu subdistinctionis competet huiusmodi restitutio sicut aduersus aditionem solemnem post ætatem perfectam infra quatriennium a die scientiæ, ita aduersus non solemnem infra quinquennium, post quod tacitè retificare censetur, & amplius non audietur l. fin. C. si maior factus alien. sine decr. fact. rat. habuer. quam tamen in solo minori pubere, non autem in pupillo debere intelligi

astruit ex Gallis adden. ad Dec. cons. 209. num. 4. littera D. contra Decium, Montan. cap. 33. num. 55. & hæc circa restitutionem quoad aditionem, quo vero ad alios actus gestos, puta alienationem videbimus
82 infra rubr. *Ac cætera citra dolum, atque culpam* num. 50. 51. Modus vero, & forma seruanda in practica circa abstensionem ab hæreditate iam adita per viã restitutionis, ponitur in tex. auth. si omnes C. si minor se ab hæredi, abstin. qui est notabilis valde, & nos alleganimus supra num. 48. Præmissa verò, quando pupillus restituitur, vt possit se se abstinere ab hæreditate iam adita, amplia adeo procedere, vt si tutor facta iam aditione satisdederit creditoribus hæreditarijs de soluendo eis ad certum tempus, adhuc facta abstensione à pupillo, & approbata, tutor ipse, & fideiussor satisdatione non obstante minime teneantur, tex. est notab. in l. 2. §. amplius ff. de admin. tutor. Idem si se non abstinuerit pupillus, & promiserit soluere, fideiussores præstiterit; nam restituto pupillo vti læso, restitutio fideiussoribus quoque proderit di l. 2. §. fin. Hæc quoad quasi contractus.

83 Veniamus modo ad contractus, quos tutor nomine pupilli vtiliter facere debet: Et cum contractus sint plures species, vt instit. de oblig. quæ ex contr. cum sequ. & si hic omnia cumularemus indotata remaneret rubrica ab hac secunda, & hæc onerata nimis, ideo materiam aliquot contractuum, & distractuum, pro vt nostra requirit tractatio tantum, breuiter in eam referendam esse duximus. Et primo videat tutor, vt pupillo in ætate legitima constituto authoretur in singulis contra-
84 ctibus secundum ea, quæ in principio rubricæ dicebamus, & quidem, vt pecunia pupillaris detur ad cambium, vel ad concedentem partem honesti lucri, nec otiosa, & abscondita in arca custodiatur, maximè in locis, vbi cambia exercentur, & mercatura, vt est Cosentiæ, Neapoli, Florentiæ, &c. alias tutor de suo refundere tantumdem tenetur Bar. in l. tutor, qui repertorium §. si post, & sequ. ff. de admin. tutor. Roma. sing. 179. & alij adducti per Caualc. num. 113. Piagg. q. 7. num. 31.
85 & si dum id fit casu fortuito pecunia, vel merces perdantur, vt quia nauis submergeretur, aut Bancherius, & ea persona, cui data fuit, decoqueret, tunc pupilli, & non tutoris periculum erit, l. si res ff. de admin. tut. Petrus de Vbaldis in tract. de duobus fratribus num. 8. in 3. quæst. num. 4. etiam si tutor tempore submersionis nauis res custodisset, atque saluas fecisset

ſet prius, & potius, quam res pupilli; quia citra dolum poteſt ſuam conditionem meliorem facere, quam pupilli, Bar. in l. tutor, §. non eſt, ff. de adm. tutor. & id intellige (quicquid habetur in l. tutor, qui in dignitate §. 1. ff. de admin. tutor.) quãdo res tutoris eſſet prætioſior, vel par, & etiam quando ageretur de periculo animæ, quo caſu eſſe gratificationi locum teſtatus eſt Curt. Iun. conſ. 29. num. 19. Monta. cap. 32. reg. 9. num. 10. & c. 30. nu. 94. ex glo. & Bar. in l. ſi vt certo, §. quod vero, verſ. ſaluã facere ff. commodati, quod notaui in propria cauſa. Pariter intellige reſpectiuè eſſe vera, & primo, ſi ipſe tutor diligens fuiſſet in exigendo, & recuperando pecuniam, ac conſtituendo ignauum factorem, ſeu actorem, alias ſi negligens, ac ignauum factorẽ, vel actorem conſtituerit, tenebitur, Plotus in l. ſi quando, quã habes in tract. de in litem iurando, num. 216. C. vnde vi relatus à Caualc. nu. 114. Mont. vbi ſupra num. 15. & 23. Menocch. de recuper. poſſeſſ. remedio 7. num. 8. Secundo intellige, quando is, cui fuit data, ſiue cõmiſſa pecunia, erat perſona, quæ communiter ſoluendo eſſe credebatur, aliàs ſi à principio non ſoluendo erat, tenebitur, ita tex. elegantiſſimus, quem aliàs allegabam pro defenſione meorum cognatorum circa emptionẽ annuorum introituum ab vniuerſitate Tarſiæ, & particularibus factam per Doctorem Ioannem Michaelem de Grauina eorum patrem tutorem, in l. qui ſub conditione, §. cæterum, ff. de cond. & demon.

87 Vbi vero mercatura, & cambia non exercentur tutor pecuniam in arca repertam, ex introitibus peruenientem, vel ex rebus mobilibus infructuoſis, quas vendere tenetur præcedẽtibus ſolemnitatibus, & alijs, quæ dicentur infra rubrica. *Ac cætera citra dolum, atq; culpam* num. 9. in prædiorum, vel annuorum introituum emptionẽ conuertat, alias ad fructus, & intereſſe tenebitur, vt per Rom. ſingul. 179. & Roland. à Valle conſ. 36. num. 17 conſ. 49. num. 34. & Piagg. q. 7. num. 31. idq; verum eſt, quando talia prædia, vel introitus eſſent venalia, & venales, emiq; potuiſſent, aliàs ſecus, Roland. de lucro dotis q. 64. num. 20. Franc. Marcus deciſ. 167. nu. 9. in 2. par. & Plotus in d. l. ſi quando, num. 217. Piagg. q. 9. num. 7. Caualc. nu. 115. vbi num. ſequ. dixit, quod ſi tutor in eius vſum cõuerterit, ipſo iure in duplum ad damna, expenſas, & intereſſe dicto pupillo tenebitur, ac ad vſuras vſurarum per tex. in d. l. tutor qui repertorium, §. ſi vſuras ff.

de admin. tutor. & poterit contra eum in litem iurari, vt per Crau. & à præside tanquam bonorum vsurpator, & prædo puniri Crau. vbi supra, Bar. in auth. vt ij, qui oblig. se perhib. hab. res mino. §. quoniam autẽ
* num. 6. * adde. Et quod teneatur emere iure congrui rem vendibilem bonis pupilli vicinã ita, quod aliàs teneatur ad interesse, an si tutor id facere prætermiserit, pupillus restituatur, D. de Boctis ad const. san-
88 cimus fol. mihi 326. Et quando credit pecuniam pupilli tutor, vel annuos introitus emit aduertat, vt stipulationem concipi faciat in faciem pupilli præsentis cum eius consensu, si est maior infantia, & sic operari, vt quæratur actio directa, quod si est minor, tunc tutor eius nomine stipuletur, quia quęretur vtilis actio eidem, l. quoties, ff. de admin. tutor. Pariter à se ipso debet exigere, quod pupillo debitum est adeo, quod si nõ exegerit, cogetur vsuras agnoscere, quas à se exigere debuisset, l. ita tamen §. debitor, vbi glo. ff. de admin. tutor. & l. quoties §. sed si sub vsuris, vers. si vero
* non solum, ff. eodem * Ruynus cons. 108. num. 16. vol. 1. Guttier. p. 1. cap. 9. num. 17. Et sic debitum tutoris ex alia causa quam tutelæ, in tutelæ iuditium deuoluitur. Monta. vbi supra reg. 9. num. 21. 26. & 27.

89 Non tamen eo inficias, quin sibi ipsi tutor pupilli pecuniam credere, & mutare possit scribendo in libro exitus pecuniam sibi creditam d. l. quoties §. nõ tantum, ff. de admin. tutor. hoc tamen palàm, & bona fide: accipiendo .s. à cõtutore, si adest, vel aliàs palàm, & non clam, vt in l. non existimo, & vbi glo. in vers. cauit, ff. de admin. tutor. refert Monta. cap. 30. num. 87. vnde hoc secundo casu mutuo accipiendam esse pecuniam, vel alium contractum faciendũ teneo, & dico cum consensu, & sciẽtia matris pupilli, vel agnatorum coram Notario, & Iudice Regijs, glo. in l. Polla, ff. de
* ijs quibus, vt indignis, * adde. Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsump. 80. num. 8. 9. & 10. & num. seq. dixit quid clam fieri quatuor modis. Primo quando quod fit vix cognosci potest ab eo, de cuius interesse tractatur. Secundo quando non adhibetur præsentia, & authoritas eorum, qui in actu interuenire debent. Tertio quando conficitur scriptura publica coram Notario, & testibus quibus mandatur, vt teneant. Quarto, & vltimo, quando tutor per interpositam personam contrahit, l. si pupillus, §. item si ipse tutor, vers. sed per interpositam ff. de auth. tutor. & dicetur infra rubrica. *An cætera citra dolum, atq; culpam* num. 35. postquem, quod

infra biennium tutor non opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ in mutuo, dixit Iason, & cæteri in l. singularia ff. si cert. peta. & ex Ludouico Rom. in l. sub specie nu. 8. ff. de postul. dixit Monta. vbi supra num. 87. Tutor vero si pluribus pecuniam pupillarem crediderit, vel à pluribus annuos in-
90 troitus emerit pupillus in rationum redditione, tenetur vel omnia agnoscere nomina, vel omnia repudiare l. cum quæreretur ff. de admin. tut. siue tutor nomine proprio, siue nomine pupilli crediderit, vel eme-
91 rit specificè. Quod si simpliciter emerit, vel actum aliquem ad pupillum spectantem fecerit, tunc pupilli nomine, & non proprio fecisse præsumitur, si contrahentes, & agentes sciebant illum esse tutorem, cum de pecunia pupillari emisse credatur, & præsumatur, vt per Bar. in l. post mortem. §. tutor num. 1. ff. quando ex facto tutor. vel curat. minor, & in l. 2. §. pupillus num. 4. ff. de accusat. Alex. cons. 108. num. 10. vol. 1. Crauett. cons. 129. lib. 1.
* & Caualc. num. 243. * adde. Plures citat Guttier. p. c. 10. n. 2. & 5. vbi quod in dubio tutor nomine pupilli sui emisse præsumatur. Secus si emptio, aut actus prædictus ad pupillum non principaliter spectaret, sed ad ipsum quoque tutorem spectare posset, eo enim casu proprio nomine fecisse præsumetur nisi tutor in suo libro se pupilli, tutorioq; nomine emisse scripsisset, quia tunc emptio facta esset ipsius pupilli, vt plenè Ca-
29 ualc. num. 224. Guttier. loco citato nu. 4. atque in emptionibus faciendis, si tutor apposuerit incontinenti (id quod potest) pactum de retrouendendo quod pupillus illud adimplere teneatur est communis opinio, docentibus relatis à Pinello in l. 1. 3. par. num. 52. vers. vides igitur, C. de bonis mater. quicquid ipse tenuerit per tex. in l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum, quod scilicet tutor illud apponere
93 nequeat. Ratioq; huius dicti est, quia is, cui ius ex contractu quæritur, illum cum omnibus clausulis, & pactis appositis acceptare debet, Bald. in l. fin. autem, ff. de pactis Caualc. nu. 249. Si vero non incontinenti, & eodem instrumento; sed post contractum completum apposuerit, & fecerit, tunc tale pactum de retrouendendo non valeret, cum iam fuerit ius pupillo post contractus rogitum acquisitum, dixit tex. in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. & videtur tex. in d. l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum.
* adde. Circa quæ adde Guttier. p. 2. cap. 5. nu. 37. & seq. Paulum Castr. & alios in l. contra iuris §. 1. ff. de pactis, & Negusan.

san. de pignor. 4. p. principali q. 4. Loffred. cons. 3. num. 20. Menoch. de arbitr. iud. q. lib. 2. casu 171. quos refert Dominus de Ponte in decis. collat. cons. 4. num. 46. & 47. Andr. in l. imperialem post num. 13. vbi q quilibet administrator alienari prohibetur per d. l. contra iuris, §. 1. & quod prorogare, & apponere pactum de retrouendendo ex interuallo sit alienare, dixit Anna alleg. 11. nu. 9. & 10. Paris de reintegr. feud. cap. 55. num. 4. & nos diximus in nostra Praxi feudor. reintegrator. §. feudi alienati non
94 iure p. 2. num. Si vero tutor suo nomine de pecunijs pupilli emerit bona aliqua, ipsius pupilli erunt sequuta ratificatione, & voluntate, & si ratificare, vel ea pro se habere noluerit, hypotecam, & prælationem in omnibus bonis pro pecuniæ, & vsurarum recuperatione habebit, l. si tutor, C. de seruo pign. dato manum. Bar. in l. si patruus C. commun. vtriusq; iud. Neguſ. de pignor. p. 2. membro 4. vers. 17. casus num. 183. & allegati à Caualc. num. 252. & à Monta. cap. 32. reg. 9. nu. 181. & seq. vbi, quod si plures sint res acquisitæ bona fide, omnes agnoscere (vt dicebamus) tenetur, vel repudiare si bona fide processerit, arg. l. cum plures in fine principij, ff. de adm. tut. Quod si empta fuerit à tertio res pupilli pecunia à tutore illi mutuata, tunc dicta res non erit pupilli; sed ei hypotecata in subsidium cum dicta prælatione; nam præferetur quibuscũq; creditoribus anterioribus cum distinctione, de qua per Neguſ. vbi sup. n. 158. & 163. retulit Caual. n. 253. Mon. c. 31. effe. 4. n. 7. vsq; in finem, & ibidem in prin. dixit, quod ex contractu tutoris actio vtilis quæritur pupillo sine cessione, videto si libet. * adde. Hæc autem procedunt in vero tutore, non autem in protutore, qui acquirere pupillo nequit vt notat Castrens. in l. 3. §. sed quod de tutore, ff. iudic. solu. quicquid Socc. cons. 153. nu. 5. vol. 2. in matre, & Berous ipsũ secutus q. 68. in tutore non cõficiente inuentarium dixerint; quia agitur de euidenti pupilli vtilitate, & Castrẽsem sequitur Guttier. p. 2. cap. 17. à nu. 10. vbi differentiæ rationem affert; quia protutor nullum titulum habet verum, & proprium administrandi, & sic acquirendi pupillo, & iure communi alteri per alterum stipulatione non acquiritur, l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verbor. obligat. & §. alteri inst. de innulib. stipul. at verus tutor habet titulum ad acquirendum, licet non confecerit inuentarium, & alia solemnia non impleuerit, quia ea inducta fuere fauore pupilli, & opinio Socc. & aliorum procedit

lit ſtante ſtatuto, quod etiam extraneus pro altero ſtipulari queat.

Secundo principaliter ſciat tutor ſibi permiſſum eſſe, quando pupilli iura ſunt obſcura compromittere, Abbas conſ. 39 lib. 1. Dec. conſ. 297. & non ſine ratione dixi, quando iura ſunt obſcura, quia ſi clara, non debet compromittere, neque tranſigere, aliàs præiuditium non afferet pupillo, quia iurauit rem pupilli ſaluam fore, & tenebitur de ſuo ad damna, expenſas, & intereſſe, vt per Dec. d. conſ. 297. nu. 5. Caualc. nu. 55. & quando iura ſunt obſcura declarabat Piagg. q. 15. num. 6. poſſe compromittere tutorem, ſi cõpromiſſum fiat in arbitros, non in arbitratores eorum poteſtati ſe committendo, allegat Ruyn. conſ. 129. num. 6. lib. 1. ſubdeclarabat quoq; compromitti poſſe in arbitros non ſic ſimpliciter; ſed ſi, & quatenus ex Statuti diſpoſitione pupilli arctentur ex Dec. conſ. 255. & 39. & ex Blanco de cõpromiſſis q. 3. num. 55. fol. 278. Mont. cap. 33. à num. 217. vſque ad 239. hinc eſt, quod in Regno noſtro inuitus compromittet per Regiam Prag. Odia, quæ inter coniunctos de arbitris. Præmiſſa verò limita, & primo in caſibus notatis per Marſil. ſing. 467. Secundo Abbas in cap. cũ in tempore num. 3. de arbitris. Dec. conſ. 39. & allegati à Grato conſ. 3. num. 36. 1. vol. putabãt limitari prædicta, ſcilicet compromitti non poſſe ſuper rebus, quæ ſine certa ſolemnitate alienari non poſſunt, vt ibi per eos, quos intelligas citra ſtatutum, quo caſu pro ijs decreto iudicis præuio compromitti in arbitros, & eo fortius in arbitratores conſulerem, & arbitrarer, cum ex neceſſitate ſtatuti vigentis, & ſic in Regno, etiam ſuper hiſce rebus in arbitros iuris compromitti poſſe, & debere aſſerat ex Arrio Pinello in 3. par. l. 1. num. 45. C. de bonis maternis contra Decium, Monta. d. cap. 33. nu. 230. * adde. Et quod in compromiſſo ſuper immobilibus requiratur decretum præſentit Gutt. p. 2. cap. 5. num. 29. & quod tutor nequeat compromittere in arbitratorem, & amicabilem cõpoſitorem vt altè, & baſsè procedant, & decidant, & vni tollant, & alteri dent in modica, & in magna quantitate in omnibus, & per omnia, vt ipſis placebit, vt pluribus concludit idẽ Guttier. d. cap. 5. nu. 11. & 12. Authoritas autem tutoris in contractibus, & actibus pupillaribus debet præſentialiter pupillo pręſtari, & interponi, alias vero ſi poſt interponatur per epiſtolam, vel nuncium nihil agetur, ſic etiam non interponatur per procuratorem etiam

in

in actu, qui fit, §. tutor. instit. de auth. tutor. Guttier. p. 2. c. 4. num. 25. Demum, vt finem huic
96 Rubricæ imponamus, sciat tutor, quod si valdè diffusum sit pupilli patrimonium, & varietas adsit negotiorũ, aut dignitas, aut ætas, vel valetudo tutoris id expostulet, poterit decerni sibi facere actorem suo tamen periculo, & hoc adimpletis per eum solẽnibus prius, aliàs secus, l. decreto, ff. de admin. tutor. Caualc. num. 25. & nos dicemus aliquid in rubrica *Rationem reddat, & reliqua*, *nu*. 45. Hæc sufficiant Ioannes Paulus Galterius V. I. D.

Librum conficiat Rationum. Rubrica Tertia. *

SVMMARIVM.

1 *Liber rationum quid sit nouiter definitur.*
2 *Negotium quid in genere, & quid in specie.*
3 *Negotij æthimologia, seu allusio.*
4 *Liber rationum tutoris, vt bene dicatur conscriptus, quæ continere debet, & num.* 8.
5 *Rubrica libri rationum.*
6 *Forma introitus.*
7 *Forma exitus.*
9 *An liber rationum pro tutore fidem faciat, & quibus in summis?*
10 *Verosimilitudo causatur ex pluribus.*
11 *Coniectura idonea ad probãdum expensas quæ sint.*
12 *Tutor an de singulis summis teneatur producere instrumenta, vel apochas solutionis? & nu.* 13.
14 *An tutor excusetur si librũ rationum confecisse, & casu amisisse dicat?*

HÆC Rubrica inscripta est iure optimo, & authoritate tex. in l. 1. §. officio ff. de tutel. & ration. distrah. vbi Iureconsultus, *Officio* (inquit) *tutoris incumbit actus sui rationem conficere, & pupillo reddere* * adde. Et si librum rationum non exhibuerit tutor, quia non confecerit, ex quo in eo præsumptus dolus deprehenditur, sicut si non confecerit inuentarium tenebitur ad interesse pupillo per iuramentum in litem, vt per Bar. in d. §. officio. Mascard. Decianum, & alios Guttier. de tutel. p. 2. cap. 1. num. 112. probat, & par. 3. cap. 1. num. 54. & num. 58. dixit tutorem non esse excusatione dignum si dicat libros non habere, vel amisisse: nam non creditur, nisi probet, qui a eius erat diligenter custodire; vnde

præ-

præsumptio est quod malitiosè occultet, iuxta notata in l. si quis ex argentarijs §. penul. ff. de edendo Anchar. conf. 317. Socc. conf. 159. col. 4. vol. 2. & nos diximus aliqua infra hac rubr. num. 14. adeo aut tenetur librum conficere, & exhibere tutor quod si testator inuentarij confessionem remisisset eidem, libri huiusmodi confectionem remisisse non videatur vti ab inuentario diuersi, ex Ploto. in l. si quando num. 244. C. vnde vi Caualc. 206. quod ampliat in pretutore, & eo qui pro Curatore se gessit, & cæteris alijs, qui bona alterius administrarunt ex Bar. & alijs num. 114. dict. part. 2. cap. primo. In ea autem videndum est de duobus. Primum, quo pacto conficiendus est liber iste rationum, & quæ continere debet. Secundo, ritè conscriptus liber an, & quibus in summis fidem pro tutore contra pupillum faciat? Quo ad primum in medium afferam definitionem libri tutoris ex ea Iureconsulti in l. si quis ex argentarijs §. rationem ff. de edendo, quæ ad librum rationum cuiusque administratorijs, numularij, & mercatoris aptatur, illa restringendo ad librum tutoris. Vnde is liber est *vltro, citroque dandi, accipiendi, soluendique pupillorum causa per tutorem legitimè facta negotiatio, atque descriptio*. *Negotiatio* stat loco generis, comprehendit enim quamlibet negotiationem siue fiat à mercatoribus, siue à numularijs, siue alijs: hinc negotiatio sagaria, de qua est tex. in l. cum duobus §. quidam cum

2 sagariam ff. pro socio. & negotiatio dicitur à negotio, quod in genere est omne id, quod ad rem alicuius familiarem pertinet, l. 1. & passim ff. de negotijs gestis. in specie vero est, cum quid rerum contrahendarum causa vltro, citroque geritur: hoc est cum quid datur, vicissimque accipitur; nam cum suum tantum accipitur, negotium non dicitur l. si in area ff. de condict. indebiti, sic in l. qui seruum, l. si rem, & l. apud Labeonem ff. de præscriptis verbis. Hinc qui negotij exercendi causa veluti ad vendendum, emendum, locandum, conducendumque præpositi erant, negotiatores serui dicebantur l. legatis ff. de lega. 3. & l. si hoc ff. pro socio, ideoque cum tutores dent, accipiant, vendant, emant, locent, conducant, & in librum rationum id describant, illum genus hoc negotiatio comprehendere dicitur, arg. notatorum per glo. in l. si seruitus ff. de seruit. vrban. prædio.

3 Et verè quidem negotiatio dicitur tutelæ exercitium, quæ à negotio deriuatur, quod dicitur quasi negans ocium, Ecquis

(bone

(bone Deus) tutor in ocio, & quiete vsquam moratur, & residet? dum promptum papyrium, calamum, & atramentarium habere debet, vt nunc nutricis pupillorum ab eius domo exeuntis stipem conscribat, tum intrantis modo serui, modo coloni salarium exoluas, inde conductorum, & procuratorum facta, & artificum mercedem annotet, creditorum, & debitorum census, siue annatas noctu, diuque reuoluat, ita vt si eo momento idipsum non efficiat, mora, ob memoriæ fragilitatem, in propriæ famæ, & patrimonij detrimentum sæpiusculè vergat. experto credas velim, quod post amantes tutorum vndequaq; bonorum vita infœlicior non datur, improbi vero quæ, quantaque patiantur, videre est per Iodoc. in patrocinio titulo de tutorum improbè admin. periculis nu. 7. & 8. Dixi]. *Vltro, citroq; accipiendi, soluendiq; pupillorum causa*, quia liber rationum debet continere data, & accepta hinc inde, Bar. in l. comperimus C. de nauicular. lib. 11. cuius doctrina notabilis est ad materiam, aliàs si data tantum contineret, ei non crederetur etiã interuenientibus alijs requisitis, Alex. cons. vltimo, lib. 7. nu. 8. vbi multos allegat Marcellus Calà in suo tract. glo. vnica, §. 2. q. 115. num. 460. & q. 403. nu. 1047. & 1048. vbi quid articulandum, & probandum, vt libro mercatorum credatur. Et sic in duas debet esse partes diuisus, Alteram, quæ contineat accepta ex hæreditate, eiusque causa à debitoribus pupillaribus, & hæreditarijs, quæ in introitum referentur, Alteram verò, quæ contineat data, & soluta pro pupillis diuersis personis, quæ in exitum describentur, & sic in eo primo introitus, inde exitus inserendus est, glo. & Bar. in l. spadonem, §. ratiocinatio ciuitatis, ff. de excu. tut. * adde, Firmian. in tract. de Episcopo lib. 4. 6. par. q. 29. Platea l. 1. in fine C. de apoch. public. lib. 10. Baeca de decim. tutor. cap. 2. nu. 169. refert & sequitur Guttier. p. 3. cap. 1. nu. 51. & ego in eo præter Doctores

5 inscribi in hunc modum rubricam debere puto. *Hic est liber rationum, siue introitus, & exitus factus per me N. N. tutorẽ N. N. pupillorum, & pupillarum filiorum, & hæredum quondam N. N. qui vita functus est die N. Mense t. Anno t. incœptus à me sub die, &c. in quo describentur omnes partita acceptorum ex hæreditate, & datorum, ac erogatorum pro dictis pupillis, prout meo officio incumbere videbitur, & facti qualitas, vel necessitas expostulabit.* Inde in prima libri parte describat partitas introit⁹ prępo-

ponendo sic titulum. *Introitus factus à die mortis testatoris in hoc anno* 1600. quod Proæmiũ, siue Præfationem appellat Iodocus in titulo de tutorum ratione, tempore, & modo cap. 3. num. 46. à quo omnem benè ordinatam rationem incipere debere putat, ne peruersus ordo intellectum turbet, & benè ordinatam rationem vitiet, ex Alber. in l. quamuis ff. de cond. & demonstr. Inde subsequatur.

6 *In primis mi pongo in entroito ducati cento retrouati in cassa, come nell'inuentario si contiene. A* 10. *di Gennaro mi pongo ducati cinquanta prouenuti dal tale affitto, seu vendita della tal cosa posta in inuentario, seu non posta*, vt dicebamus in eius definitione in rubrica. *Vel acceptans solemn. adimpl. nu.....* *Item talia, ac talia*, & in fine cuiusque pagellę subtrahat summam acceptorum, vel expensorum, vt à gnaris fieri docuit Iodocus vbi supra nu. 47. * adde,

* iuxta quæ si quæratur an debitor pupilli ex hac descriptione facta in libro, vel apochis scriptis à tutore ita sit liberatus, vt nequeat à pupillo molestari? Et Castrens. cons. 34. ego Paulus nu. 2. affirmat per tex. in l. lucius *la seconda* §. tutelæ iuxta glo. in verbo apochæ ff. de adm. tutor. sequuntur Menoch. cons. 39. num. 8. vol. 1. Tiraquell. de vtroque retractu tit. 1. §. 1. glo. 18. num. 90. negauit Bar. in d. l. lucius, & in l. 2. §. fin nu. 16. ff. si cer. peta. & communiter sequuntur Doctores nempe quod confessio sola tutoris de recepto, nisi de vera numeratione constet, non præiudicet pupillo, probatque Guttier. d. cap. 1. par. 3. a nu. 77. & num. 78. vbi ad Ecclesiæ Prelatos extẽdit, & inde limitat, & vide per nos d. sup. rubr. vt il. agat. nu. 38. Tum describat partitas exitus in alia, posterio rique parte libri, & dicat. *Exitus factus à die mortis, &c. per totum annum* 1600. *Primieramente per gli funerali mi pongo in essito per quattro torcie, &c. ducati diece come per polisa del tale Procuratore, ò Sindico sotto li* 10. *di Gennaro* 1600. *Finalmente per le medicine prese nella sua infirmità al tale spetiale, & al tale medico, che vi attese, docati tanti come per polisa sotto il dì &c. e tassa del detto medico*, & sic de singulis vsque ad finem anni, vel vsque ad principium Septembris prout videbitur, quo anno, vel termino finito calculet rationes eius anni per subtractiones factas in singulis pagellis, & si contigerit introitum superare exitum, quod superest imputet in introitum anni sequentis sic describendo. *Entroito nell'anno* 1601. *In prima mi pongo docati &c. per entroito superante l'essito nell'anno precedente.*

te. Si vero exitus superabit introitum, illud superfluum imputet in rationes exitus anni sequentis hoc pacto. *Essito nell' anno* 1601. *Primieramente mi faccio essito di docati, &c. di essito superãte l'introito dell' anno precedente*, & sic continuabit per singulos annos vsque in finem administrationis tutelæ, ita tamen, vt neque subtrahat quid ex iis, quæ acceperit, neq; expensum rationum libro præscribat, quod non dederit, l. qui sub conditione, ff. de condit. & demonstrat. Mont. c. 38. n. 11. addc. Et Anton. Galeat. Maluas. cons. 113. num. 6. sigillatim recenset quid scribendum, & referendum in dicto libro tutoris, & cuiuslibet administratoris, & Menocch. de arb. iud. centu. 3. casu num. 20. & Guttier. de iuramento confirm. p. 1. c. 40. num. 1. cum seq. agant de forma, & ordine, quibus liber conficiatur, & quid continere debeat. Is autem in aliquo falsus præsumitur totus falsus, & nullã fidem meretur, Innoc. Paulus, & Iason citati per Hieron. Gabrielem cons. 148. nu. 9. Dixi *Pupillorum causa*, quia in eo libro non debent describi alia, quam pertinentia ad pupillos, alias si contineretur in eo alia mixtura rationum, & negotiorum ipsius tutoris, talis culpa in eo deprehenderetur, propter quã pupillo contra eum in litem iuramentum deferri posset; ita per doctrinam Anto. Innoc. & Imo. in cap. cum in officijs de testam. & Bal. in auth. licentiã num. 4. C. de Episc. & cler. tenuit Socc. in solenni cons. 159. num. 7. vol. 2. refert, & sequitur Crau. de antiq. temp. p. 1. vers. quarto limitatur nu. 51. Mont. cap. 38. num. 87. Guttier. p. 3. cap. 1. num. 58. Calà qu. 115. num. 461. glo. vnica §. 2. & nota quod cum iuramentum in litẽ defertur, defertur propter dolum verum, vel præsumptam ex delicto, vel contumacia, Bar. in l. quod nerua num. 22. ff. depo. Dixi vlterius in definitione *Negotiatio facta per tutorem* ad differentiam libri rationum confecti ab alijs administratoribus, puta à negotiorũ gestore, mercatore, bancherio, vel alio, vt notatur in d. l. 1. §. officio. Di-
8 xi *facta legitimè*. Quia debet liber ille continere nonnulla requisita, aliàs non valebit, nec dicetur legitimè fact', obquod præsumeretur in dolo tutor, & contra eum in litem etiam iurari posset, Socc. cons. 7. nu. 7. vol. 1. Monta. cap. 32. reg. 6. num. 5. Et cum Bar. qui quasi hęc omnia ponit in d. l. comperimus dico, quod sunt hęc v3. Primum, vt in singulis partitis, tam introitus, quã exitus, dies, mensis, & annus apponatur, ita tex. in l. 1. §. rationes, ff. de edendo l. apparitores, C. de exacto.

&o. tribut. Alex. conf. 70. vol. 1. & conf. 77. lib. 6. non obstante tex. in l. cum tabernam §. idem quæsiit ff. de pignor. Crauett. de antiqui. vbi supra num. 45. Calà vbi supra q. 403. nu. 1048. & quod diximus de die intelligi debet, quando sine eius expressione non potest intelligi quid sit, quod datum referatur, vel acceptum; sed esset omnimoda incertitudo, vt in nauicularijs continuè species transferentibus, vel inferentibus, nisi enim dies adsit, illatio, vel quod illatum fuerit verificari non potest d. l. comperimus, secus alias, quia anni, & mensis expressio sufficeret, vel pars anni, puta hyemis, veris æstatis, vindemiarum, & messium. Bar. in cons. 150. Anchar. cons. 316. Socc. cons. 46. lib. 1. Iason cons. 414. lib. 3. Montan. reg. 8. num. 2. Iodoc. de ratione tutor. c. 2. nu. 11. Secundum, vt apponatur in introitu à quo receptum sit, & in exitu cui quid datum sit nominatim. Bar. in d. l. comperimus, refert, sequiturque Corn. cons. 196. col. fin. lib. 3. & quod specificè, & sigillatim omnia, puta ex tali fundo, & loco loci à tali debitore, & comino, & tali anno tantum, vt possit reperiri veritas, vel falsitas l. cum seruus, & l. si quis ff. de cond. & demonstrat. & contrarium probari l. neminem C. de suscept. & Anchar. lib. 10. Bar. d. cons. 150. refert, & sequitur Socc. cons. 96. num. 73. lib. 1. d. cons. 159. num. 4. & 73. nu. 6. vol. 1. cons. 190. nu. 1. & 213. vol. 2. ac Crau. de antiquita. vbi supra num. 44. Mont. cap. 32. reg. 8. in princ. & n. 8. Iodoc. de ratione tut. cap. 2. num. 10. & de ration. iustificat. cap. vnico num. 10. Tertium est, vt contineant partitæ causam, puta ex causa locationis ruris, conductionis operarum; & si scriberetur debitor quis in libris mercatorum, subijciendum est ex causa mutui, affictus vel alterius, aliàs obligatio tanquam nuda inefficax esset arg. l. nuda ratio ff. de donat. vbi glo. & l. 2. §. circa ff. de doli except. Papiens. in Practica in libello, quo agitur, vt pacta seruentur glos. discussis rationibus fol. mihi 270. num. 4. Crau. vbi supra n. 46. & tam in acceptis, quam in datis requiritur causa ista (quicquid Bald. in rubr. C. de fide instrum. num. 62. dixerit non esse amplius inquirendum de causa in acceptis, quia ex contextu scripturæ scribens dãnatur per l. qui sub conditione ff. de condit. & demonstr. & l. tutoris, §. tutelæ ff. de admin. tuto.) vt possit reperiri falsitas, vel veritas, si ex aliqua causa in minori summa, quam fuerit, introitum fecerit, vt per supra allegatas Doctorum doctrinas. In datis, & expensis omnino,

K quia

quia scrupulosa inquisitio causę ijs à tutore exigitur, l. si seruus vetitus ff. de leg. 1. l. cum plures §. imprimis ff. de administr. tutor. & d. l. 1. §. officio, ff. de tutel. & ration. distrahen. *congerit alios, & sequitur Guttier. p. 3. cap. 1. num. 63. Quibus requisitis, vel altero eorum non concurrentibus, rectè cõfectus liber non dicetur, & proinde expensæ approbandæ minime sunt, & in litem, vt supra, iurari poterit, Bald. vbi supra in rubr. num. 62. C. de fide instrumento. * adde. Quod fallere in fratre, vel sorore administrãtibus bona cõmunia maximè inter nobiles, & egregias personas, quæ ad ita strictam rationem non tenentur: sed sufficeret scribere in libro, quantum vero similiter in anno expenderint pro familia, pro cultura agrorum, custodia territorij, nec astringentur ad minutam specificationem, ita ex Abba. in cons. 12. sexto dubio lib. 1. Socc. cons. 73. lib. 1. cons. 40. n. 2. lib. 4. Corneo cõs. 24. vol. 1. Gabriele cõs. 148. num. 3. Guttierez, qui declarat dummodo generaliter illud capitulũ sit vero simile, nec adsit contra illud aliqua sinistra pręsumptio ex qualitate rei impẽsæ, vel personæ, aut aliunde. Item quod pręmissa intelliguntur in fratre administrante iure fratris, secus si vti tutor, vel curator. Pariter quod opus appareat factum, & impensam erogatam, sed difficile esse vt per minuta declaretur: eo enim casu sufficit dicere tantum impensum, quod probabitur per loci inspectionem, & peritorũ æstimationem Guttie. vbi supra num. 68.

Quoad secundum an rectè conceptus liber rationum fidẽ faciat pro tutore circa expẽsas? 9 Quicquid aliquid dixerint, quod in quantitatibus paruis facit fidem, secus in magnis, & hoc adhibito iuramento tutoris, vt fuerunt Angel. Castrens. inter cons. Calca cons. 94. Bald. in l. id, quod pauperibus, & l. nulli, C. de Episcop. &. cleric. & Dec. in l. edita secundo not. C. de edendo, & per transennam Calà d. glo. vnica, §. 2. qu. 316. nu. 856. Dicas, quod semper probabit liber rationum adhibito iuramẽto tutoris, si viuat, quod cõtenta in libro rationum sunt vera secũdum Guliel. de Cuneo in l. edita, vbi omnes Doctor. Alex. cons. 71. lib. 3. etiam si tutor esset religiosus, arg. cap. tuis, & cap. nuper. de testibus, Crauett. vbi supra num. 47. fol. 97. vel sine iuramento, si mortuus fuerit, vt dixit Castrens. cons. 300. lib. 1. ea ratione, quia mors eius vim habet iuramenti, Dec. in d. l. edita 2. notab. & in cap. 2. de fide instrum. imò maiorem fidem habet, vt per Docto. allegatos à Crau. vbi supra

pra num. 48. Iodoc. de tutor. * ration. iustificat. c. vnico n. 40. cum seq. probabit dico exitus, siue cõtineat summas magnas, siuè paruas, dum tamen sint verosimiles, Bar. in l. fin. §. in cõputationem num. . . . C. de iure deliber. Socc. qui ita Bar. intellexit in cons. 92. Iodoc. vbi supra num. 27. & 28. Crauetta quo supra loco num. 28. fol. 91. & quod maior probatio, seu verosimilitudo in summa magna, quã in parua desideratur, idem num. 29. Verosimilitudo vero causatur ex pluribus, vt docuit Bald. in d. rubr. nu. 64. C. de fide instr. Iodoc. vbi supra nu. 7. Primo ex rerum natura, vt in alimẽtis pupillo erogatis, l. fin. ff. de alim. pupillo præst. ibi. *Non enim vento vixisse præsumendum.* Quę si moderatè à tutore facta sunt, & erogata, vt in rubr. supra. *Tum personæ pupilli curam gerend.* pupillo imputantur l. 2. C. de alimen. pupillo pręst. vbi Bar. dat cõsiliũ tutori, vt faciat à iudice taxari, ne in controuersiam incidant, & in exitu ita describas. *Parimente per alimenti di questo anno docati, &c. Secondo la tassa fatta dal Gouernatore, Giudice seu Consigliero tale come in essa,* cuius copiã authẽticã tutor habeas, vt præsentare queat, ita conclusisse videtur Bar. in hoc in d. l. fin. §. in computatione nu. 4. Idem in funeris impensa, adde. Quæ in iuramento expẽdentis probari potest, glo. sing. in d. l. fin. vers. approbauerit, quam sequere concurrentibus ijs, de quibus per Calà de modo articul. & proband. q. 119. nu. 480. & medicinis, quæ impensæ etiam contra voluntatem curati, & infirmi, ac hęredis fieri potest, & repeti iuxta notata per Calà vbi supra qu. 197. n. 1026. 1029. Secundo ex operis euidentia, vt in ædificijs cõstructis, vinearum cultura, &c. l. lex quę tutores, C. de administr. tutor. puta si tutor nouiter ædificauerit ex se ipso palatium, vel ruẽtes domos refecerit, quod vltimum de necessitate tenetur facere, d. l. lex quæ, §. ergo domus, Monta. vbi supra reg. 9. n. 262. vbi aliàs, quid faciendum per Officiales Curiæ: vel testatoris iussu illud, vel cappellam construi faceret, Crau. vbi supra num. 29. Iodoc. loco cit. n. 29. & num. 36. vbi dixit non teneri scribere minutatim expensas; sed vnam summam, & in probationibus, quando ea controuerterentur quo ad quantitatẽ, debet probari, quod tantum expendit, & tantumdẽ vir probus, & diligens expendisset, vt dixit Bar. in l. qui sub conditione, ff. de cond. & demonstr. per l. excellentia, C. de erogat. milita. annonæ lib. 12. vbi vide alios allegatos ab Alexand. in addit. Iodoc. num. 31. adde.

* Et Guttier. p. 3. cap. 1. nu. 147. vsq; ad finem, & quod expensa quinque solidorum sit modica, vt pro ea non fiat instrumẽtum, nec alia probario parari debeat ex Bald. in l. id quod pauperibus in fine, C. de Episc. & clericis. Vel quod in inuentarij confectione, alijsq; solemnibus, testaméti reassumptione, præambulis, solutionum, & quietationum instrumentis, quæ apparerent, alijsq; actibus necessarijs, qui notorij essent, vt per Isern. allegatum à Caual. n. 62. Item si quid dederit pro vicibus, idest *per terzo* (vt inquiunt) *incanto*, dum distrahi præcedẽtibus subhastationibus fundũ, vel locari fecit, vt emptores, & conductores alliceret; vt in tex. d. l. fin. §. in computatione, vbi Bar. C. de iure deliberandi, * adde. Et quod expensæ minimæ coniecturis, & præsumptionibus probentur, docuit Menoch. lib. 1. de præsump. q. 58. num. 14. & iuraméto tutoris, ꝙ eo mortuo non exigitur, sed statur eius libro. Menoch. lib. 5. præs. 5. n. 4. & 5. Tertio ex alijs coniecturis pro motu iudicis approbandis, in quibus cum facti sint, non potest tradi certa regula, l. ius alimentorũ, ff. vbi pupill. educ. deb. & teste Bald. faciunt l. qui filium, & l. si ita fuerit, §. in reliquis de manumissis testam. & l. fin. §. inter cætera ff. de libe-
21 rat. lega. Et coniecturæ idoneę erunt qualitas causæ, & personarum, facultates bonorum, legalitas scribentis, consuetudo loci, & familiæ: si enim expensa non sit excessiua secundum vires patrimonij, & qualitatem personæ defuncti, vel eius, cuius bona administrantur, scribens sit bonæ famæ, & in alijs personis similis conditionis, & patrimonij talis expensa fieri cõsueuerit, certè coniectura idonea, & verosimilitudo probata dicetur, ac expensa verosimilis, Iodoc. d. loco num. 20. Poterit etiam hæc verosimilitudo haberi per relationem expertorũ in arte, Castrens. cons. 114. vol. 4. Crau. vbi supra n. 36. Monta. vbi supra num. 17. & 18. allegat Bar. in d. l. id, quod pauperibus in fine, C. de Episcop. & Cleric. & in l. quod ex Pamphila, ff. de leg. 2. Bald. in d. l. qui sub conditione, & in l. restituenda C. de petit. hæred. & l. fin. §. in computatione. Hæc autem procedunt quando concurrit difficultas aliter probandi, cum sit difficile semper in singulis actibus administrationis testes adhibere, Alex. d. cons. vltimo vol. 7. & Bald. in d. l. 1. C. de edendo, & habetur in d. §. in computatione, Crau. vbi supra nu. 34. Quod si non concurrat difficultas aliter probandi, an teneantur tutores producere testes, vel instrumenta ad erogationis solutionem probandũ? Dicas

Dicas secundum me, quod cautius est semper confici facere instrumentum de erogatione facta. Quod si circa aliquas expensas in regione illa non est consuetum fieri facere instrumenta publica, vel priuata, vel maximè si pater pupilli non procurauit instrumenta habere in similibus casibus, tunc siue parua, siue magna sit expensa, dummodo constet de erogatione à tutore facta, nõ potest cogi tutor ad fieri faciendum, vel procurandum instrumenta, l. si pignore, §. fin. ff. de pignorat. actio. Castren. cons. 423. lib. 2. Abbas cons. 36. vol. 2. Corneus cons. 81. allegatus à Crauetta
13 vbi supra num. 28. Hinc ego inferrẽ quod tutor non tenetur producere apochas ꝓ solutione collectæ facta exactorib⁹ de rebus pupilli, sic funerũ medicorũ, aromatariorũ, fabricatorũ, & operariorũ, quia sunt negotia, quæ breui expediuntur, & vt plurimũ pecunia promptuaria, & licet sic videatur dicendũ circa solutionem annuorum censuum perpetuorũ minimorum, vel emphyteoticorum, qui Curiæ, Ecclesiæ, vel alicui feudatario soluuntur, ac debentur, attamen ego dubitarem, quia pro ijs semper est inuentarium, reintegrationis liber vulgò Platea, vnde hoc casu cogerem eum ad cautionem de seruando pupillum ab iis indemnem omni futuro tempore à petentibus & maximè in emphiteoticis canonibus propter commissionis pœnam, & hoc quando lacerãtur libri, vel pro laceratis habentur, & cassis, cum aliàs ex scriptura libri satis veritas apparet, & cautum pupillo potest esse, arg. l. Lucius, §. tutelæ, à contrario, ff. de admin. tutor. Quod si pater pupilli solitus erat procurare apochas, & cautelas, tunc quales solitus fuerat pater pupilli, vel alius, qui tutorem dedit, fieri facere, tales, & ipse procurabit. Verum quod non tam stricta inquisitio, & exacta libri confectio requiratur in fratre, sororeq; administratrice, ac tutore analogista, plenè docuit Montan. cap. 32. reg. 9. * adde. Sed quæro, & non inutiliter. Tutor inhabitauit domum pupilli, an teneatur iustam mercedem soluere? & ex Castillo in tract. de cuentas 9. parte vers. tambien, resoluit Guttier p. 3. c. 1. in fine, quod si magis expediebat minori, cuius bona administrabat, vt in ea domo tutor viueret non tenetur, & exemplificat. Sed pro cõplemẽto huius rubricæ (quia superius diximus, quod adeo tenetur tutor librum conficere
14 rationum, quod nisi cõfecerit, contra eũ in litẽ iurabitᷣ) Quęro an si confecerit, & amiserit, sit excusatus, vt non possit iurari, vt supra? Dicas quod, cum te-

n*atur diligenter librum custodire, nõ excusabitur nisi casum probauerit, & citra culpã eius accidisse, Socc. cons. 159 nu. 5. Piagg. q. 19. nu. 16. & allegati à Montano cap. 32. reg. 8. n. 9. Ioan. Paulus Galterius V.I.D.

Ac cætera citra Dolum, atq; Culpam. Rubr. Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Dolus quid.*
2 *Culpa quid, & quotuplex.*
3 *Lata culpa socordie quæ sit, & in quibus casibus verificetur.*
4 *Culpa leuis quæ, & quomodo exemplificatur.*
5 *Culpa leuissimæ descriptio.*
6 *Tutor an teneatur de leuissima culpa; & an de casu fortuito num. 7.*
7 *Duobus in casibus de leui non tenetur tutor.*
8 *Distractio rerũ pupillarium à mobilibus incipere debet.*
9 *Mobilia sunt in duplici differentia.*
10 *Mobilia, quæ seruando non seruantur, etiam ante confectionem inuentarij absq; decreto à tutore alienari non prohibentur.*
11 *Quo pacto versetur tutor circa distractionem frumenti, vini, & fructuum.*
12 *Actiones pupillo competentes, absq; decreto tutor non cedit.*
13 *An tutor faciat pactum de non petendo?*
14 *Donare tutor an, & quibus in casibus pupillaria possit?*
15 *Solemnia munera quæ fuerint antiquitus.*
16 *Sororem pupilli vterinam, an tutor dotare possit?*
17 *Seruitutem fundo pupilli non imponit tutor, neque competentem remittit; sed an debitum pecuniarium?*
18 *Tutor an, & quando transigat, & in casu contrauentionis pupillus an pecuniã ex ea causa acceptam restituat?*
19 *Instituendum in Ecclesia iuris patronatus, quis præsentat pupillus cum authoritate tutoris, vel solus, ipso nolente authorare, an solus tutor? & vter præsentatorum præferetur?*
20 *In alienatione stabilium pupilli quot, & quæ requirantur cum sequ. vsque ad num. 28. inclusiuè & cum ampliat. & limit. à num. 37. vsque ad 49.*
29 *Forma decreti alienationis bonorum pupilli.*
30 *Subbastatio quid sit, dupliciter definitur, & de forma*

ma num. 31. & an in ea consideretur læsio nu. 51.

32 *Plus offerens quis dicatur tam in rei secularis, quam Ecclesiastica venditione per subbastationem facienda, vel quauis alienatione, & num. 33.*

34 *Forma instrumenti per tutorem faciendi de re pupillari distracta, remissiuè.*

35 *Tutor emptore non reperto præcedentibus solemnitatibus an, & quo pacto emat rem pupilli, & an sibi soluat de pupillari pecunia, & num. 36.*

49 *Præceptum testatoris ne quid rei sua alienetur, si alieni æris vrget necessitas, non tenet.*

50 *Pupillus maior pubertate an, & quousque dicat de læsione aduersus contractum gestum à tutore.*

52 *Cautela seruanda per emptores bonorum pupillariũ etiam subbastatione interueniente.*

53 *Quo remedio succurratur pupillo maiori aduersus contractum non solemniter gestum.*

54 *Forma comparitionis pro rescissione contractus nulliter gesti.*

55 *Possessor bonorum mulieris, maioris, & Ecclesiæ non solemniter distratorum condemnatus restituere, prætextu meliorationum, & expensarum realiter apparentium, et alius possessor, retinere non potest.*

56 *Tutor an teneatur de euictione rei non solemniter distractæ?*

57 *Minor pro re à tutore suo male distracta agit tã contra tutorem, quam contra rei possessorem libitum.*

58 *Minor, effectusque maior retificans contractum gestum à tutore an, & quando agere possit ad recuperandum rem male distractam.*

59 *Lex fin. C. si maior factus aliena. sine decr. ratam habue. non loquitur in impubere, & pupillo; sed in minore pubere.*

TEXTVS In §. suspectus *il secondo* inst. de suspect. tut. *Suspectus autem* (inquit) *remotus, siquidem ob dolum famosus est, si ob culpam non æquè*; ideo posita est hæc Rubrica, qua admonetur tutor, vt pupilli negotium citra dolum, & culpam administret ad euitandam infamiam, ac cætera, quæ euitari debent: sic etiam, & protutor, qui cum eandem diligentiam, & fidem, ac tutor præstare teneatur l. qui pro tutore ff. de eo, qui pro tutore gessit eiusdem §. dispositioni est obnoxius, ita Monta. cap. 32

reg. 9. num. 11. Verum, quia si ignorent tutor, ac protutor, quid sit Dolus, quidue Culpa, difficiliter ab ijs cauere poterit in contractibus, & negotijs pupillaribus; idcirco de ijs verba facere nos oportet. Et ex Seruio Sulpitio Vlpianus in l. 1. §. do-
1 lum ff. de dolo ita definit, *Dolus malus est quadam machinatio alterius decipiendi causa cum aliud simulatur, aliud agitur.* Labeo vero definit, vt sit *Omnis calliditas, fallacia machinatione adhibita ad circunueniendum, fallendum, decipiendumque alterum*, & hanc definitionem sequitur Vlpianus in d. l. 1. Is autem dolus manifestus vocatur culpa latissima, & sic latissima negligentia. Culpa autem licet
2 secundum glo. in l. tutor, qui repertorium §. competit vers. latam, negligentiam denotet, atque designet, ipsa tamen ex quodam auth. de verbis iuris vers. culpam non est idem, quod negligentia, sed eius consequens; ex negligentia enim consequitur culpa, hoc est quod quis culpetur, sic laus consequitur diligentiam, quia ex diligentia, quis laudatur. Ea autem triplex esse dicitur scilicet culpam lata leuis, & leuissima
* de quibus Zazius in intellect. singular. cap. 2. Lata culpa rursus duplex lata culpa versutiè, quæ alias a Bartolo vocatur latior culpa, & dolus præsumptus, sic à Bal. in l. quæ fortuitis num. 23. C. de pignorat. actio. Et lata culpa socordie. Lata culpa versutiè, quę prouenit ex calliditate cum quis scilicet est negligens circa res alienas; sed circa suas diligens, qua ex re præsumitur dolus, & hæc est ea culpa lata, quæ dolo æquiparatur l. quod Nerua ff. depositi l. si fideiussor ff. mandati vbi Vlpianus ait *dissolutam negligentiam propriè dolum esse*. Et in deposito potest esse exemplum si res depositas in domo supra bancam, suas vero in arca in secreto custodiebat cap. 2. vbi glo. extra depositi. Pariter si commodaui tibi vnum bouem habenti alium bouem, vt cum eis arares, tu bouem tuum in loco tutissimo intra portas castri remisisti, meum vero extra portas dimisisti in loco tamen tuto secundum communem hominum opinionem, tum bos meus de nocte fuit ablatus à latronibus cum multis alijs bestijs hominum castri, ita Bal. in d. l. quæ fortuitis num. 31. licet cogitandum relinquat, & ibi vide notabilem additionem, quod ego non sequor, nisi in eo loco, vbi repositus fuerat bos commodatarij, commodè alius stare posset, quod si minime, non dicerem eam culpam latam versutiè, q̃a in pari causa meliorem potuit eius facere conditionem, vt in tutore rubrica ante

te præcedentem nu. 86. dicebamus Lata culpa socordie, dicitur quasi, quod non veniat ex corde, & animo, & sine corde idest animo, diligentia, & iuditio socors dicitur, & est non intelligere id quod omnes intelligunt, veluti frumentum, vel vini dolium apud te depositum corrumpi, nisi illud interdiu moueatur, & hoc repleatur, & sic non adhibere circa res alienas, & pupilli diligentiam, quam omnes homines eiusdem professionis, & cōditionis communiter adhiberent, vel esse negligentem in ijs, circa quæ omnes quasi, & communiter sunt aliqualiter diligentes l. latæ ff. de verb. signif. exempla plura affert Bal. vbi supra num. 33. & 34. Non cogitare de casibus naturalibus l. si quis domum §. penultimo ff. locati. Nauigare sine magistro, vel ingredi mare tempore tempestatis l. item quæritur §. si magister ff. eodem, enormiter errare in arte consueta d. l. item quæritur §. si gemma l. si seruus §. si calicem diatretum ff. ad l. Aquilam. onerare equum, vel mulum nimio onere, vel longo intinere fatigare l. fin. ff. commod. l. qui insulam §. qui miles ff. locati Non seminare, & arare temporibus vulgaribus l. si merces §. conductor ff. locati, Rationes inordinatè scribere sui facilitate l. summa cum ratione ff. de peculio. recedere à custodia caprarum dimissarum in syluis l. si quis fundum §. Imperator ff. locati, & generaliter, quando non fit nomine pupilli, quod quilibet idoneus paterfamilias faceret, non videtur defendi, ac tenebitur tutor. l. generaliter ff. de admin. tuto. Culpa leuis est, quæ oritur ex negligentia leui cum quis s. mediocrem diligentiam adhibere debebat in rebus alienis & non adhibuit talem, sed minimam præstitit l. mulier §. 3. ff. ad Sen cons. Trebell. & secundum nostrates est non adhibere eam diligentiam, quam diligens paterfamilias adhiberet, & eam, quam magna pars patrum familias eiusdem conditionis, & professionis adhibere solet, & sic non prouidisse, quod à diligenti prouideri potuit, ita Bal. in d. l. quæ fortuitis num. 37. circa medium, vel facere, quod non faceret, vel omitteret diligens, vt patet in l. si putator ff. ad l. Aquiliam. Exēpla dat ibidem Bal. in feneratore, qui pignoratas res minus diligenter excussit à tineis; In fullone, & Bidello, qui librum, & rem tuam tradidit mihi, & meā tibi d. l. item quæritur §. si fullo ff. locati. item in eo, qui est minus meticulosus, & pauidus d. l. §. exercitor. Item in eo, qui rei suæ qualitates ignorat. vt in l. sed & addes §. 1. ff. locati. Pariter in eo, qui adhibet operarios

rios inertes, & negligentes l. si merces §. pen. ff. locati, & l. videamus in princip. & l. item quæritur §. si nauicularius l. idéque §. tutores ff. mandati. Sic in eo, propter cuius inimicitias quis sentit damnum, puta, quia ceduntur arbores, & similia l. si merces §. culpæ ff. locati. Item ignem immittere tempore ventoso l. qui occidit. §. in hac ff. ad l. Aquil. & breuiter teste Baldo leuis culpa est non intelligere, quod à sapientibus debet intelligi, allegat l. i. em iuris ff. ad l. Aquiliam, & l. si finita §. si quis metu ff. de damno infecto, quæ quidem leges loquentes de culpa simpliciter, intelliguntur de leui, quia sumus in contractu locationis, in quo sola leuissima non venit l. si vt certo §. nunc videndum ff. commodati.

5 Et quidem leuissima oritur ex negligentia leuissima, & est cum quis summam diligentiam adhibere debebat in rebus alienis, neque præbuit; sed adhibuit mediocrem, & sic quando non adhibuit eam diligentiam in alienis, quam diligentissimus, frugalis, industrius, & ex multis vnus eiusdem conditionis, & professionis paterfamilias adhiberet, de qua habetur in l. socius, ff. pro socio, l. in lege ff. ad l. Aquiliam, l. in rebus, ff. commodati, & maximè in l. merces, §. qui columnam, ff. locati, & sic non diligentissimè custodire custodiæ suę commissum, l. Diuus in fine ff. de officio Præsid. non diligentissimè curare, vel curari facere infirmum, vt docuit Bald. vbi supra num. 39. vbi inferebat (& hoc est notabile) quod semper attendenda est natura, & qualitas eius, qui conuenitur, quatenus s. natura ipsa, & qualitas patitur. Ex quibus quidem (lector) mutari poteris ea, quæ ad hanc pertinent materia in quo s. pacto tutor, & pupillus circa contractus teneantur, & quatenus ipse tutor circa exercitium tutelæ, est etiam videre circa contractus per vltramontanos, & alios, inst. Quibus modis recontrah. oblig. & in tit. de locat. & conduct. per totum. Bar. in d. l. quod nerua, ff. depositi, & Bald. in d. l. quæ fortuitis à num. 57. vsque ad 65. Alcia. in l. magna negligentia, ff. de verb. signific. & in l. 1. C. de tra. fact.

6 Verum illud non prætermittẽdum, quod de leuissima culpa nunquam tenetur tutor d. §. suspectus autem, vbi Docto. inst. de suspect. tuto. Ratioq; esse videtur, quia tutoris officium necessarium, non voluntarium est, l. tutori, C. de negot. gest. Bar. in d. l. quod nerua num. 33. Bald. vbi supra num. 47. Piagg. q. 19. num. 13. Iodoc. de tut. mun. cap. 7. num. 27. & 28. nisi se se vltro offerat tutor ad hoc munus exercendum, ac promittat

tat tradere bonum computum, & reddere administrationis rationem benè, & diligenter, vt docuit Bar. in l. §. sæpe ff. depositi, & in d. l. quod nerua vers. duodecimo quæro, Dec. cons. 274. nu. 5. Ruin. cons 89. nu. 8. vol. 5. & cons. 10. vol. 1. Crau. cons. 18. num. 15. lib. 1. Iodoc. vbi supra num. 29. & in prędictis locis dicunt Doct. eadem procedere in tutore non legitimo (quod nos superius annuimus) qui non debet esse melioris cōditionis: vnde si debita minoris non soluerit ad tempus, ipse, & non minor erit in mora constitutus, Iason in l. qui Romæ §. cohæredes num. 14. ff. de verb. oblig. & allegati à Caualc. de tut. & curat. num. 120. De leui autem culpa semper tenebitur tutor præter quam in duobus casibus .s. in emendis rebus, & in exigendis nominibus debitorum, d. l. tutor, qui repertorium §. competit ff. de admin. tutor. l. nomina, & l. quicquid C. arbitr. tutelæ, Iodoc. vbi supra cap. 7. num. 19. * Guttier. par. 3. cap. 1. num. 98. & sic in ijs tenebitur de dolo, & lata culpa tantum, veluti si prædia minus idonea cōparet per sordes, vel per gratiam, vel alias nulla adhibita diligentia, & inuestigatione d. §. competit, vel ab eo, quem sciebat suspectum . chyrographus in fine, ff. de admin. tutorum, Monta. cap. 32. reg. 9. num. 108. Iodocus d. c. 7. num. 19. vbi assignat rationes huius dispositionis, vt tutor nō teneatur de culpa in prædictis casibus, & nu. 22. assignat eam, cur in alijs teneatur de leui ita, vt transeat ad eius hæredes regulariter, vt habetur in l. 1. C. de hæredit. tutor. vel curator. * adde. Vt igitur de neglectis nō teneatur probabit se adhibuisse omnem diligētiam in exactione, nisi debitores tales essent, vt ab ijs tutor exigere nequiuisset etiam si non cessasset; nam tunc nō est, quod ei imputetur Guttier. d. cap. 9. num. 83. par. De casu quoque fortuito tenebitur tutor, quando dolus eum præcesserit l. in rebus in principio ff. commodati Piagg. q 19. num. 17. Guttier. p. 3 cap. 1. nu. 105. ad quarum culparum exclusionem quid faciendum, quidue probandum, videatur in contingentia Bald. in d. l. quæ fortuitis à nu. 66. vsq; ad finem repetitionis, * adde. Dolus autem fraus, & culpa an, & quando præsumantur, & quæ differentia sit inter dolum, & fraudem, & quis dolus verus, & quis præsumptus latissimè explicat Menoch. lib. 5. præsumptio 3. per totam.

8 Videamus modo de Distractibus rerum pupillarium, qui fiunt per tutores; qui distractus cum debeant à mobilibus, quoties extant, initium sumere, l.

magis

magis puto, §. ne passim, & §. imprimis ff. de rebus eorum; ideo secundum ordinem prædictum ab ijs incipiendum est, si
9 prius dixerimus, quod eorum quædam sunt mobilia, quæ seruando seruari possunt, vt aurũ, argentum specificatum in vasibus puta consistens, in monilibus, ac alijs huiusmodi, & quædam quæ seruari non possunt, vt quia consumuntur, vt linum, lanam, vestes, pannamenta, caseus, vinum, frumentum, & cætera id genus similia, vt notatur in l. lex. quæ tutores in fine, C. de adm. tutor. Quæ seruando seruari possunt, absq; decreto, & solemnibus inferius describendis circa stabilia alienari prohibentur, d. l. lex quæ, §. præcipimus, & §. serui, * plures authoritates citat, & sequitur Guttier. p. 2. cap. 21. num. 1. cætera vero sine decreto alienabũtur, l. & sine, C. quando decre. opus non est, d. l. lex quæ tutores, §. fin. l. si sine, §. quæsitum, ff. de minor. * adde. Quod autẽ pecunia destinata ad emptionem prædiorum possit distrahi absq; decreto, quicquid alij censuerint, disputando conclusit Guttier. p. 2. cap. 5. n. 45.
10 cum seq. Amplia, vt adeo possit tutor huiusmodi mobilia, quæ seruando non seruantur sine decreto, & solemnibus alienare, vt id procedat etiam ante confectionem solemnium, si tẽpore modico essent peritura, facit l. pro hærede, §. 1 ff. de acquir. hæred. Alex. in l. procuratorem nu. 4. C. de procurato. Rom. cõs. 415. Boer. decis. 299. Pinellus in repet. l. 1. & 2. C. de bonis matern. allegatus à Caualc. num. 125. alias si tempore non modico, & breui peritura iudicantur, tenebitur expectare congruum tempus, & vẽdere iusto prætio, & in foro ad vtilitatem pupilli, & non ad beneplacitum, & caput suum, & si secus, ad interesse tenebitur, vt per Boer. decis. 316. num. 8. Dec. cons. 274. num. 6. Bar. in l. 1. C. de condit. in publ. hor-
11 reis lib. 10. vbi quod primo vetus, inde nouum frumentum, & vinum vendere debet, l. septẽ, & l. iubemus, C. de erogatione milita. annonæ. lib. 12. & circa hoc Bal. in l. fin. §. fin. seu §. omnem per illum tex. C. de admin. tuto. num. 2. dixit, quod tutor potest vendere frumentum pupilli non expectãdo carestiam, nec tenetur mittere, & extrahere vendendum ad alia loca; sed in loco, vbi extat, vendet communi æstimatione. Iodoc. cap. 7. de tut. munere num. 35. & 36. & cap. 10. num. 48. adde Guttier. p. 2. cap. 1. num. 62. 63. & num. 64. vbi quod expectabit tempus congruum, & vẽdet iusto pretio in loco fori, & ad vtilitatem minoris, & non ad beneplacitum, & secundum caput

caput suum; aliàs ad interesse * obligabitur, ex Caualc. nu. 117. idem Guttier. vbi supra n. 120. Hinc, si non seruanda seruat, ac vendere differt, & frumentum fracidum (vt ita dicam) vermiculosum, & punctum factum fuerit, & vinum accuerit, de periculo tenebitur, l. 3. C. de periculo tut. & curat. Montan. cap. 32. reg. 5. num. 7. & 9. & contra tutorem vilius vendentem, quid probandum, & articulandum sit pupillo, videre est per Calà glo. vnica, §. 2. quæ. 97. num. 417. Limita tamen prædicta, quoties iudicis iussu, & ab eo facta æstimatione venderet tutor, tunc enim eum excusari dixit Roman. sing. 80. Bossius pract. crimin. in titulo debitor, an delinquens, & allegati à Caualc. num. 117. Hæc de mobilibus. Venio modo ad distractionem concernentem iura pupillorum, ac actiones, & tutor quidem actionem pupillo competentem absque eodem pupillo fari tamen sciente, & iudicis decreto cedere nequit, Bar. in l. neq; tutores num. 18. in antiqua lectura, C. de procurat. l. restituta §. pupillus, ff. ad S. Consf. Trebell. Rom. consl. 386. Piagg. q. 15. num. 27. Montan. cap. 33. num. 150. maxime ad rem immobilem, glo. in l. 1. C. si aduers. trāsact. cum similibus adductis num. sequen. à Monta. vbi supra per quem vide de sex limitationibus, * Guttier. p. 2. cap. 5. num. 25. Hinc pacto de reemendo censum annuum legitime per eum venditum renunciare absque decreto non potest, nec alteri vendere ius redimendi, quod habet ex pacto patris pupilli, ita Foll. ad Pragm. censualem vers. *instrumentum gratia* nu. 62. & 63.

13 Secundo non potest facere pactum de non petendo, vt docuerunt Docto. & maximè Iason in l. pactum curatoris C. de pactis licet enim tutor dicatur dominus l. qui fundum §. tutor ff. pro emptore, & à lege habeat mandatum cum libera l. mandato generali in fine, vbi glo. de procurat. actus tamen huiusmodi, quos explicauimus, facere nequit, Iason in l. contra ius §. si filius num. 3. ff. de pactis, & ratio est, quia hæc sunt damnosa, & inutilia, quæ prætermittere debet, vt præstitum iuramentum seruet §. fin. in auth. vt ij, qui obligat. se perhib. habere res minor. Nisi esset debitum vsurarium, vel simile, cuius exactio animæ periculum afferre posset, tunc enim sibi conceditur glo. in l. præses C. de transact. Monta. cap. 32. reg. 9. num. 132. Calà vbi supra glo. vnica §. 2. q. 298. nu. 1030. vbi quando remitti, quid postea articulandum.

14 Tertio non potest donare, l. tutor ad vtilitatem, & l. cum

plures

plures, §. penult. ff. de administ. tut. & l. Lucius Titius §. fin ff. eodem, Alex. cons. 125. vol. 1. Rota Pedem. decis. 57. Afflict. dec. 87. num. 3. Ratioq; est in promptu, quia donare est perdere, l. filiusfamilias, ff. de donat. Bald. in d. l. pactum curatoris, vbi de rationis ratione videre poteris, Roman. cons. 260. n. 6. imo est species furoris, vt dixit Socc. cons. 73. num. 28. lib. 1. Caualc. num. 121. quamuis habuerit plenam administrationē cum libera, & si donat tutor, tenetur de suo summam restituere, Iason in l. contra iuris §. si filius num. 3. ff. de negot. gestis, cum alijs per Caualc. vbi supra allegatis, Piagg. q. 15. num. 31. Monta. cap. 33. num. 315. adde.

* Verum quod tutor liberam administrationem habens pro pupillo nobili dare possit ex pluribus Hyspanis censet Guttier. p. 2. cap. 6. num. 10. Licet regulariter res quidem immobiles, & cum authoritate, & decreto iudicis donare prohibentur l. fin. §. cum autem C. si maior factus ibi neque cum decreto, & per plures cotas ita cēset Gutt. p. 2. c. 5. n. 57. & c. 6. n. 6. & 7 Amplia vt neq; pupillo donare volenti causa mortis authorare possit, quin actionæ tutelæ teneatur per tex. in l. 1. ff. de tute. & ration. distrahen. Monta. vbi supra nu. 134. sed Piagg. nu. 32. limitat hoc, nulla facta mentione glo. quæ limitationes adducit in d. l. tutor ad vtilitatem, ff. de admin. tutor. & multipliciter, ac Primo nisi expediret minori, pupilloq; donare, allegat Panor. in cap. cæterum ad finem de donatio. Ratioque est, cum tutor, & curator pupilli, vel minoris patrimonium pro eorū salute diminuere possint. Alex. in d. l. præses num. 5. C. de transact. Monta. vbi supra num. 139. & c. 33. num. 340.

Secundo in tutore, siue magis Balio Regis, vt Regalis dignitas, cuius proprium est donare, conseruetur, Ioan. Andr. in cap. grandi de supp. neglig. prælat. in 6. Piagg. nu. 35. Mont. num. 331. & Caualc. num. 121.

* Guttier. par. 2. cap. 6. num. 9. Hinc est, quod Balius hic de nouo potest infeudare, non solū confirmare, & de veteri feudo inuestire: sicut contra inferioris à Rege Balius; licet possit confirmare, tamen de nouo eadem ratione, quia donare non potest, nouum feudum non concedet, id quod plenius nos diximus in cap. 1. per quos fiat inuestitura. Tertio limitat in donatione facta pro seruitijs, & remunerationibus, quæ non dicitur simplex donatio, sed recompensatoria; hinc fit quod magistro pupilli potest donare, gloi in d. l. contra iuris, §. fin. vers. habere, ff. de pactis, l. cum plures, §. cum tutor, vbi Bart.

ff. de

ff. de admin. tutor. Roland. à Valle consf. 18. num. 61. & seq. Monta. vbi supra num. 141. & cap. 32. & cap. 33. num. 333. adde. Quod non probat Gutt. vbi supra par. 2. cap. 5. num. 58. ex Caldas in repetit. l. si curatorẽ habens in par. contractus * fecisti num. 19. C. de in integr. restitut. quæ est inter tract. de restitutio. in integr. 2. par. nisi merita alias essent obligatoria. Quarto, si dederit, vel miserit munera solita dari, vel mitti à patre pupilli, quæ tutori in rationum discussione, & redditione excomputanda sunt, glo. in d. l. cum plures §. fin. & sic ea, quæ moribus, honestati, & conditioni pupilli conueniunt, d. l. cum plures, §. cum tutor. Mont. vbi supra num. 142. De Franch. decis. 178. num. 8. * Guttier. d. cap. 5. num. 11. vnde fit, quod solemnia munera mittet, & ea secundum Varronem, Festum, & Seruium relatos à Monta. d. loco num. 150. dicebantur, quę quotannis more recepto sibi in vicem cognati Natali cuiusque die missitabant, hinc Martialis in Epigramm.

Clara daret solemne tibi cognatio munus, & alias.

Luce propinquorum, quam plurima mittitur ales,
Dum Stellæ turdos, dum tibi Flacce paro.

Et sic hodie strenas, Neapoli (*offerta*) potest mittere propinquis, & alijs, quibus pater pupilli mittebat; ideoq; Tertullianus de idolatria. *Etiam* (inquit) *strenæ captandæ & septimontium, & bruma, & charæ cognationis honoraria exigenda omnia.* Iodoc. de tutor. mune. cap. 5. num. 50. * adde. Tamen quod iura prędicta loquantur si pupillo expediat; & quia an expediat requirit causæ cognitionem, dicendum quod exigatur decretum, quod esse interponendum in casibus prędictis, & etiam quando tutor, vel Balius nobilium personarum vult mittere dona pro pupillis spõsæ coniunctorum ipsis pupillis, vt sit absq; periculo, dixit D. de Franch. decis. 712.

16 Item non potest dotare sororem pupilli vterinam, & sic ex alio patre natam, etiam si aliter ea nubere non posset, Iodoc. vbi supra num. 50. vtrinq; coniunctam vero, vel consanguineam poterit ex probabili causa, puta si nihil habet, vt dotari queat d. §. cum tutor vers. sed non dabit ff. de admin. tuto. Mont. cap. 32. reg. 9. nu. 160. Iodoc. vbi supra num. 50. & 51. Non tamen eidem, vel matri nuptiale munus mittet l. tutor secundum §. fin. ff. eodem, Iodoc. d. loco num. 50. non obstante consuetudine, nisi id, quod pupillus erogare compelleretur, si rem suam administraret l. sine hærede §. Lucius ff. eo-

dem

dem de admin. tuto. & Mont.
17 reg. 9. num. 104. Item non potest seruitutem fundo pupilli imponere, vel competentem remittere l. 3. §. simili modo ff. de rebus eorum Mont. cap. 33. num. 121. Quarto non potest remittere debitum liquidum l. tutor ff. de pact. Roma. cons. 28. in princip. illiquidum enim posset d. l. contra iuris §. fin. ff. de pact. glo. in l. tutores ff. eodem, Alex. & Dec. in l. pactum curatoris C. de pactis Mont. c. 33. n. 341. vbi ampliat. Limitat tamen Bar. in l. mediterraneæ C. de anno. & tribut. lib. 10. nisi in huius debiti liquidi ex actione requireretur impensa maior, quam esset vtilitas Piagg. vbi supra num. 38. Limitat secundo in remissione actionis, & debiti, quod inopia debitoris excluderet per l. nam is ff. de dolo. Angel. in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10. sed tu declara, vt per Dec. in d. l. pactum 3. limitat. & Mont. cap. 33. num. 361. Post tamen tutor restitutionem hæreditatis facere, cui fuerit grauatus à testatore restituere, Iason in l. 1. §. si filio nu. 4. ff. ad S. Cons. Treb. quod si fuerit grauatus pupillus, & tunc siue pubes, siue impubes per ipsum faciet restitutionem cum eiusdem tutoris authoritate l. restituta §. pupillus ff. ad S. Cons. Treb. quæ authoritas non tantum requiritur in actibus, in quibus pupillus non habet legitimam personam; sed etiam in alijs Bar. in l. certum §. in pupillo in princip. ff. de confessis, & hæc authoritas non ex interuallo, sed (vt dicebamus in principio Rubr. præcedentis) in ipso actu interponi debet, vt notatur in l. obligari §. tutor ff. de auth. tuto. §. tutor inst. eodem, & cum causæ cognitione, vt per Piagg. qu. 15. nu. 100. Pariter restitutionem faciet vsurarum pro exoneranda conscientia patris pupilli per iura, quæ superius adduximus, & docuit Bal. in l. etiam num. 3. C. de fideicomm. ac etiam pro exoneratione animæ, & salute corporis ipsius pupilli potest restituere, & expendere Barb. cons. 7. l. 4. Monta vbi supra num. 362. Limita quoque, & tertio præmissa de remissione, quoties partem debiti simul cum alijs creditoribus remitteret, nam poterit l. sed pupillus vers. necnon, vbi Castren. ff. de pactis.

18 Quinto non potest transigere super rebus alienari prohibitis l. Lucius Titius §. tutoribus ff. de admin. tuto. Alex. in l. nulli C. de transact. & notatur in l. si aduersus C. eodem, sunt allegata per Afflict. dec. 87. num. 4. & etiam cum iudicis decreto, & interuentu consanguineorum pupilli, si realiter appareret id esse damnosum, & præiudiciale,

& de

& de contraria veritate constaret, vt per allegatos à Mont. à num. 239. vsque ad 315. vbi vide declarationes; & limitationes ad hoc. Est tamen verum, quod si transigeret absque decreto, & pupillus inde acceptis nummis ex causa transactionis vellet rescindere transactionẽ, si factus est locupletior, debet prius restituere, quod accepit, & inde agere iuxta terminos l. si diuersa C. de transact. & notata per Afflict. decis. 220. num. 4. & nos diximus in Praxi instr. rubr. *Et an præcedente absolut. à iurament.* num. 38. in iam impressa, cui tamen subiungendum putamus cautius esse, si pacto speciali caueatur, vt non possit amplius agere, & si egerit semper à limine iuditij excludatur, & repellatur, ac in nihilo audiatur, nisi prius facta restitutione rato nihilominus manente pacto in transactione inita, & hoc, quia aliter, citra pactum, fuit in Sacro Consilio decisum scilicet non facta restitutione ad vlteriora in causa procedendum, pro vt refert doctissimus, ac nunquam satis laudatus Annius pater in suo singulari 540. quod mentem aperuit, & instruxit in transactione facta inter meam socer am tutricem meorum cognatorum cum Francisco de Oranis minore, cuius tutelam administrarat Doctor Ioannes Michael de Grauina socer meus, & diximus infra rubr. fin. num. 17.

19 Sed iusta præmissa quæro, an tutor possit præsentare aliquem in Ecclesia iuris patronatus pupilli infantia maioris? Vel ipse pupillus debeat præsentare, & vter ab istis præsentatorum præferetur, præsentatus à pupillo solo, vel à tutore? Et Ioann. Andr. in cap. ex eo de electione in 6. Archidia. in cap. decernimus 17. q. 7. Feder. de senis cons. 17. alias 97. Abb. in cap. 1. num. 4. de iure patron. & DD. de Rota in decis. de iure patronatus in antiquis, ad alij relati à Monta. cap. 5. num. 54. tenuerunt, quod tutor non præsentet; sed pupillus, & quod ab eo præsentatus præferetur fortè præsentato à tutore ita quidem, vt id communiter teneatur, ipse verò Monta. validis rationibus contrarium astruit à num. 51. vsq; ad 66. quo supra loco. Nos verò à communi recedendum non putamus, quam intelligimus, si pupillus præsentat idoneum, & oneri, curæue iniunctæ parem, secus si imparem, vel si esset infantia minor, & hoc, quia quilibet actus concernentes pupillum debent perfici ab eo, si infantiam excedit, cum tutoris authoritate, atque consensu, vt abundè explicauimus supra rubrica *Vtiliter agat, & contrahat* in principio, & alibi, qui si nolit interuenire,

& authoritatem præstare, quia fortè alium vult præsentare ita, quod sumus in secundo casu quæstionis, tunc dico, quod præsentabit pupillus, & authoritatem præstabit iudex, cui subijcitur, ac Ecclesiasticus, qui confirmare habet præsentationem factam arg cap. 3. & cap. cum autem de iure patron. nam aliter daretur occasio tutoribus amicos, & consanguineos pupilli postponendi, ac suos præponendi, eisdem gratificando, iuraque pupillorum fraudando, quæ occasio est auferenda, ac malitijs tutorum non indulgendum l. in fundo ff. de rei vend. * adde. Hanc opinionem tenet Siluan. 2. par. q. 6. nu. 6. Episcop. minoric. in Episcop. praxi §. ius patronatus vers. decimum dubium quinto potest donare pro habenda pace ad pupilli fauorem, atque vtilitem Farinacius in q criminal. 15. num. 57. Quid vero dicendum sit in prodigo circa præmissa, & alia maiora, videas Iodocus cap. 10. num. 78. & seq.

Descendendum est modo ad bona stabilia, quo pacto alienanda sunt. * adde, de quo extat solenne cons. Socc. 249. & planè tractat Menocch. de arbitra. iud. quæst. lib. 2. casu 171.

20 Et quoniam in Regno habemus particularem decisionem Sacri Consilij penes Afflict. non oportet, vt immoretur; sed singula requisita discutienda, & aliorum authoritatibus comprobanda sunt. Decisio ergo est 249. in ordine vna, altera num. 87. Et primum quidem requisitum est, vt extet vrgens causa alienandi, debitum scilicet pupillare l. ob æs C. de prædijs minor, & l. magis puto §. nepassim ff. de rebus eorum Caualc. de tutore num. 129. Monta. cap. 33. num. 6. etiam si sit fiscale nu. 122. * adde, Menoch. loco citato nu. 4. & quod constet de causis alienandi idem nu n. 23. & 24. Guttier. par. 2. cap. 5. num. 75. In hoc autem aduertat, quod si debitum est ex causa mutui, vel alia, tunc oportet, quod creditor instet, & petat illud, alias debitum nequaquam diceretur sufficiens causa sine instantia, & illius petione per creditorem, Corn. consil. 71. nu. 4. lib. 3. Rola. à Valle cons. 33. lib. 1. Dec. cons. 403. num. 17. Caualc. vbi supra, Monta. nu. 9. & 19. * adde. Menocch. vbi supra num. 6. & 7. Guttier. loco citato vers. imo. Si vero est debitum, pro quo soluuntur annui redditus, tunc etiam creditore non instante debitum illud dicetur esse iusta causa alienandi, Imola cons. 98. relatus ab Vrsillo ad Afflict. d. decis. 249. num. 5. Quod si decretum interueniat absque causa vrgentis debiti, etiam quod

in

ı decreto diceretur alienatio-
em expedire pupillo, alienatio
orruet, ita dixit in Sacro Con-
lio decisum de anno 1554. in
ausa illorum de Salamone
rsillus ad Afflict. d. decis. 87.
um. 2.

Secundum requisitum est,
uod debitum pupilli ex bonis
ıobilibus non possit exolui d.
magis puto, §. ne passim, &
. imprimis, aliàs non seruato
oc ordine alienatio facta nulla
t, si ex illis inde solui potuisse
onstiterit, Bal. cons. 55. vol. 1.
orn. cons. 92. licet in hac, &
85. vol. 4. Vrsill. vbi supra nu.
. Montan. vbi supra num. 11.
enoch. loc. cit. n. 10. 13. & 14.
emplifica hoc requisitum, si
etium mobilium ad onera
luenda non sufficit, vel quia
nptor repertus non fuerit per
fra dicenda. Et quod pecu-
a in casu possit retineri, &
ımobile vendi, quando .s. ma-
s ex pecunia lucrum cõsequi
obabiliter sperat tutor, &
dex ex pecunia non esse cre-
toribus satisfaciendum arbi-
tur, refert Menoch. de arb.
l. lib. 3. centur. 2. casu 171.
m. 12. Monta. cap. 33. n. 12.
Tertium, quod hoc, scilicet ex
nis mobilibus nõ posse exol-
debitum, liqueat iudici per
cussionem bonorum d. §. ne
sim, & §. in primis, Mõt. n. 16
7. Menoch. vbi sup. n. 9 & 10.
o casu ego practicari feci

sic, vt .s. præsentetur copia
inuentarij, quando non adsunt
in eo mobilia venalia, & si sunt,
offeratur petitio iudici, *qua expofito facto circa debitum, imploretur officium ipsius in expediendo citationem, & monitionem per proclama, vt quicunq; vellet emere talia, ac talia mobilia, se se mouentia, & supellectilia cõpareat die tali corã tali tutore, qui iusto pretio distrahet, & vendet*, & emanatis bãnis, factaq; relatione, si nullus comparuerit, & hoc constiterit in dorso d. comparitionis, quod scilicet nullus comparuit: ex bonis mobilibus debitum solui non potuisse credendum est, & hoc in partibus, vbi cognitus est tutor, quod si simus in ciuitatibus populosis, tunc edicta, & cedulæ affigentur in palatijs curiæ, & locis publicis. Quæ cautela proderit quoque tutori ad excusationem, si fortè peteretur interesse à pupillo pretij, quod ex ijs percipi potuit, vel si res istæ deuastarentur, ac corrumperentur, & seruanda erit, quo ad affictus, seu locationes faciendas bonorum stabilium ad finem, vt si non locentur, & vacent, tutor ad mercedem ex ijs percipi solitam, & ad interesse, quia per ipsum non stetit, minimè teneatur.

24 Quartum, quod vendatur res minus dannosa pupillo, puta redditus prius annui, inde stabi-

le, dictis iuribus Caual. loco citato num. 129. Monta.nu. 16. * Menocch. nu. 20.

25 Quintum, quod pro paruo debito non vendatur res magni valoris l. & si sine, §. 1. ff. de minor. & d. §. ne passim, & §. ita quidem, allegati à Cauálc. vbi supra, & à Mont. num. 26. Menocch. nu. 21.

26 Sextum, quod interueniat tutoris authoritas l. neque, & l. eum qui C. de auth. tuto. & inst. de auth tut. per totũ, Menocch. num. 22. Monta. vbi supra num. 29. qui tutor solemnia fecerit iuxta tradita in rubric. supra *Vel acceptans solemnia adimpl.* alias in dolo esse dicetur, & contra eum in litem iurabitur, Decius, Socc. & Plotus allegati ab Vrsillo ad d. dec. Afflict. num. 4. & si plures sunt dati tutores, omnium requiritur interuentus & consensus, alias actus non valebit, Caualc. d. num. 129. & 123. Mont. num. 29. 30. & seq. quod notabile est. Item, quod sit verus tutor, non falsus, puta qui nõ sit verè datus, vel datus, sed inutiliter, .s. tutorẽ habenti per prius, vel contra iuris prohibitionem, vt si non à testatore, vel à lege, vel à iudice, sed ab eo, qui non poterat, & contra l. naturali §. 1. ff. de confir. tut. & prout habetur l. falsus ff. quod falso tutore, quo casu, etiã si omnia alia praecesserint, non valebit, quod eo authore geritur, vt toto titulo ff. quod falso tutore author. Mont. cap. 34. in princip. & reg. 1. vbi de ampl. & limitation. videre est, & quatenus teneatur pupillo, vel secum contrahenti regula sequẽti docuit.

27 Septimum, quod omnia acta fiant antea, inde iudicis decretum ea subsequatur in d. alietione rei stabilis, vt in l. 1. ff de reb. eorum, & l. lex, quae tutores C. de admin. tut. & l. si pupillorum §. 1. ff. eod. Rom. cons. 321. alias, si sine dicta causae cognitione decretum interueniat, quod nec valeat, nec teneat alienatio dixit per tex. in l. cum sit §. praetor ff. de transact. l. quamuis ff. de reb. eorum cum similibus per Afflict. ibidem allegatis * adde. Thomas Ferratius post cautelas, Caepollae cautela vltima per totam, Guttier. par. 2. cap. 5. num. 8. Menocch. vbi supra nu. 25. quo loci hoc decretum non eam habere vim dixit quin à successore reuocari possit l. quamuis ff. de rebus eorum, & informatio debet esse per testes, vel per scripturas vt per Consil. Rouitum ad prag. de titulorum abusu in scribendo subla. num. 110. cum seq. Monta. cap. 33. num. 34. & seq. & num. 36. ac nu. 54. & 55. vbi, quod licet super hoc decernat is iudex, in cuius territorio sita sunt praedia, tamen decretum iudicis domicilij, & cui subditus

litus est pupillus etiam interuenire debere dixit ex Rebuffo in compendio alienationis rerum Ecclesiasticarum num. 22. & ex Lambert. de iure patron. sequutus est Iodoc. in tract. de subhast. cap. 2. num. 22. & 23. vt declarabitur inferius. Quod quidem iudicis decretum operatur, vt, si res pupillorum, & minorum viliori pretio vendatur, tutor, vel curator excusetur l. fin. vbi glo. & Bar. ff. de magistr. conuenien. Cautela tamen optima erit, vt in ijs contractibus semper tutor faciat adhiberi consensum matris, & consanguineorum pupilli glo. in l. 2. C. de ijs, quibus, vt indign. vbi Castren. Piagg. q. 15. num. 68. & hoc decretum est seruandum iuxta sui seriem, hinc si cantat, vt obligetur, vel pignori detur res, non debet vendi, secus si alternatiuè .s. pignori detur, vel vendatur, quia id, quod expedit, eliget tutor, Monta. vbi supra num. 22. cum seq. * adde. Est tamen verum, quod si alienatio bonorum pupilli sine decreto in futurum pupilli vtilitatem redundaret, venditio confirmaretur Afflict. decis. 87. & per plura Anna sing. 396. quem sequitur Viuius dec. 22. num. 2. allegatus ab Anna filio ad patrem vbi supra, quod nota in casu quem fuis, & vide quæ dicemus infra post nu. 8. Iudicis autem decretum requiritur etiam in patre tutore, vel curatore filij emancipati l. si pupillorum §. si pater ff. de rebus eorum, & ex pluribus quæ citat Guttier. par. 2 cap. 5. nu. 22. non sic in patre legitimo filij sui administratore, quando ex iusta causa, & æris alieni procedit ad alienationem: verum quia de hac constare debet, tutius esse putat semper decretũ interponi idem Guttier. d. num. 22. in fine.

28 Octauum, & vltimum teste Afflict. est, quod post decretum interueniat subhastatio, vt in l. si fine, §. 1. iuncta glo. vbi Bar. ff. de minor. Bart. in l. alio ff. de alimen. & cibar. lega. & in l. si tempora C. de fide instr. & iure hastæ fisc. lib. 10. hæc autem quod debeat fieri non solum in loco domicilij pupilli, sed etiam vbi bona vendenda sunt sita, dixit Cald. cons. 1. in tit. de empt. & vend. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 249. num. 4. Decius consil. 403. * Menocch. vbi supra num. 27.

29 Vnde interponetur decretum iudicis domicilij, *quod liceat d. pupillo, & tutori vendere rem talem, legitimis præcedentibus subhastationibus, & plus offerēti candela extincta liberare*, Caualc. num. 129. Mont. num. 60. 61, & seq. vbi quod non requiratur subhastatio, si adsit contraria consuetudo: inde factis subhastationibus, si emptor reperietur in loco domicilij be-

ne erit, si minime, cum hoc decreto adhibitur iudex loci, vbi sita sunt prædia, qui interponet suum decretũ hoc modo, quod *seruata forma decreti lati per talem iudicem, & talem Curiã, vendatur res legitimis præcedẽtibus subhastationibus in territorio sita.* & hoc, quando alter iudex alterius non est suppositus iurisdictioni, putarem, quod si iudex loci esset suppositus iurisdictioni iudicis domicilij, vt sunt Capitanei terrarũ respectu Regiarum Audientiarum, & magnæ Curiæ, tunc dico, quod exequetur decretum iudicis superioris sola præuia licentia inferioris. Quibus cõpletis pupillus in se factam à tutore alienationem retractare regulariter non poterit l. cum plures §. 1. ff. de admin. tutor. id quod nos inferius explicabimus nu. 50. & 51. Quid autem sit subhastatio habetur per Specul. in tit. de empt. & vend. sub rubr. de vend. à minore, & ab Ecclesia celebr. nu. 4. fol. mihi
30 247. lib. 4. & quod sit *Rei venalis publicè expositio* per de Franch decis. 54. num. 14. qua attẽta benè procedit decreti forma superius allata, sed attenta definitione Iodoc. in tract. de subhast. cap. 1. num. 9. quod sit *Rei venalis publicè expositio cũ præconis, vel edicto, vel proclamatione, qua pluris licitanti se offerenti conceditur*, prædicta decreti forma est superflua, cũ sufficiat dicere, *liceat pupillo, & tutori vendere talem rem præcedentibus legitimis subhastationibus, & ad candela extinctum*, sub quibus verbis, *ea legit subhast.* superius posita comprehendentur, quod est notabile, vt Tyro scias defendere decretum, quod forte
31 ita emanaret. Forma autem subhastationis ponitur ab eodẽ Specul. in tit. de cit. §. 4. sequitur videre vers. si vero subhastatio num. 12. fol. 420. lib. 2. ac etiam à Iodoco de subhast. c. 4. & de tempore circa eam, quod consuetudo loci attendenda; & fidem de pretio habere nequeat subhastator idem cap. 5. nu. 3.
32 Et quod plus offerens intelligatur non tantum ratione summæ maioris; sed etiam facilis conuentionis, vt sit soluendo, & facilis ad conueniendum Iodoc. cap. 4. num. 9. & sequen.
33 Insuper, quod in subhastatione rei Ecclesiasticæ non semper plus offerens præponatur, sed iustum offerens pretium, dixit glo. in cap. hoc ius porrectum, verbo *& plus*, 10. q. 2. vbi Archidiac. Cæpolla de simulat. contract. 2. præsumpt. Ludou. Ponta. sing. Venditio vers. Scis quod res Iodoc. de subhast. c. 5. num. 22. vbi etiam nu. 9. quando plures cõcurrunt in eodem pretio, vel dissimili quis præferendus. * adde. Quod vero subhastatio

astatio necessaria non sit, pu-
gnauit D. Consil. Rouitus per
dura in prag. de titulor. abusu
a scriben. subhast. nu. 104. cum
pluribus seqq. Instrumentum
vero quonam pacto conficiatur
tutore de re pupillari vendi-
a, videre est per eundem Spe-
ulat. de venditione à minor. &
b Eccles. num. 6. fol. 247. Et
quidem (vt ad materiam redea-
mus tutelarem) si res in subha-
statione posita in loco vbi sita
st, nec ẽt emptorẽ reperiet, vel
reperiet, & offerẽs pretiũ factis
monitionibus de quibus p Tar-
agl. in praxi ciuili cap. 7. ces-
sauerit soluere, tunc iuste, absq;
lia solemnitate, poterit, si eam
velit pro se, tutor soluere, æsq;
alienum extinguere, & sibimet
psi venditio facta valebit, ex
uo semel res rectè facta est alie
abilis; circa hoc aliquid dixit
alà in glo. vnica §. 2. q. 380.
um. 977. & plura Monta. c. 30.
um. 83. Iodoc. de tut. mune.
ap. 10. nu. 146. idem Caualc.
um. 177. cum sequ. vbi, quod
alebit venditio etiam si de-
retio soluerit sibi vt creditori,
iagg. qu. 15. num. 52. & 61.
Quinimo adeo tenetur sibi ipsi
oluere debitum de pecunia
upilli, quod si pro eo conuen-
um fuerat cum patre pupilli
ræstari vsuras centesimas, vel
ias, & non satisfecerit sibi de
pecunia, ab ijs releuabitur
upillus, quia tutor potuit se
liberare, sibiq; soluere, vt alijs
debebat, ita tex. in l. quoties,
§. sicut autem, ff. de admin. tut.
Monta. cap. 32. reg. 9. nu. 105.
* & 106. * adde. Guttier. par. 2.
cap. 9. nu. 41. & 47. & 48. vbi
de requisitis. Quod vero dixi-
mus à tutore factam emptionẽ
valere, intelligendum est altero
tutore sibi authorante, quando
plures sunt, vt dixit tex. in l. 4.
& 5. in princ. ff. de author. tut.
Monta. cap. 30. num. 82. & 83.
& 91. vbi probauit illud opti-
mo fundamento, quia, si quan-
do pupillus alienat bona im-
mobilia in extraneum cum de-
creto iudicis requiritur etiam
tutoris authoritas, ita, & pari-
ter, imo fortius, quando ipse
tutor emit à pupillo, & ita ne-
cessariò intelligi, dixit tex. in l.
cum ipse, C. de contrah. empt.
* ibi palam, & bona fide allegat
l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad S.
Cons. Trebell. quando vero nõ
adest contutor, vt palàm, & bo-
na fide dicatur emptio à tutore
facta, quod tunc vltra iudicis
decretum, quod solum sufficere
dixerũt Bal. in l. frater à fratre ff.
de condit. Imola in d. l. 1. §. fuit
quæsitum, & Alex. in l. transa-
ctione, C. de transact. requira-
tur etiam matris, & agnatorum
pupilli consensus, & interuen-
tus, docuit glo. in l. Polla C. de
ijs, quibus vt indign. cum qua
communiter transeunt scribẽ-
tes, sequutusq; est Monta. c. 30.

nu. 92. atque hanc quæstionem latè tractauit distinguendo Iodoc. cap. 10. de tutl mun. c. 43. ipsum in contingentia videre poteris, * adde Menocch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 80. vbi quando clara, vel palam quid eo casu fieri dicitur. Quæ quidem obseruatio dubio procul non est necessaria, quando venditio facta est tutori à patre pupilli, tūc enim absq; decreto, & circunstantijs, poterit sibi rei emptæ tradere possessionem, l. fistulas, §. 1. ff. de contrahend. empt. vbi bona prædicta, super quā videndum esse Bar. qui illū tex. declarat in l. 2. ff. de stipul. seruo. & Bald. in l. si patruus, C. comm. vtriusq; iudic. docuit Monta. cap. 32. reg. 9. nu. 108.

56 Pariter quod dicebamus de pecunia pupillari posse satisfacere sibi, atq; teneri tutorem, non intelligas in omni pecunia, si quidem si est destinata ad emptionem prædiorum, tunc seruatis seruandis, ac præmissis solemnitatibus, ac authoritate cōtutoris, & iudicis sibi soluet, & si non habet contutorem, quod detur ad litem curator, docuit Caualc. num. 180. adde * Alias acta sunt nulla l. 3. §. si pupillus, ff. de tutel. Guttie. p. 2. cap. 9. num. 42. Afflict. decis. 256. Montan. cap. 27. num. 14. Maran. atq; alij plures allegati per Cons. Annam cons. 104. n. 1. & ratio affertur, quia ea pecunia inter immobilia computatur, l. 3. §. vsuras, ff. de contraria, & vtili actio. tutelæ; plenè vbi supra Piagg. nu. 63. & seq. ac Mont. cap. 32. reg. 9. n. 109. ac cap. 30. num. 83. * adde. Et tam in alienatione rei minoris, quam Ecclesiæ, si fiat cum omnibus solemnitatibus, non tamē in casu licito, an sit nulla, vel competat in integrum restitutio? vide Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum 1. col. num. de constitution.

57 Præmissa vero requisita circa alienationem rei stabilis minorum, & pupillorum extende multipliciter. Et primo amplia, vt etiam requirantur in alienatione rei, quæ pupillo nullam afferret vtilitatem, puta si tantum dat, quantum pendit. Montan. cap. 33. num. 118. & ita decisum in S. Cons. retulit Affl. in decis. 87. vbi Vrsillus docet, quid dicendum circa fructus, & expensas factas in re minoris malè distracta per tutorem, siue expensæ factæ sint per approbationem .s. fabricam, siuè per ferruminationem idest plantationem arborum, & vitium; idem dixit fuisse votatum, sed vota non fuisse descripta in Cōsilio Cap. decis. 113. etiam in * fundo sterili, * Menocch. vbi supra num. 60. cum seqq. plures citat Guttier. p. 2. cap. 5. n. 33.

58 Secundo amplia in locatione rei stabilis minoris, & pupilli ad lon-

longum tẽpus, & sic ad decennium facta, vel ad vitã alicuius, qui victurus est ad decem annos attenta supputatione tex. l. hęreditatũ ff. ad l. Falcid. id quod Couarr. variar. resolut. lib. 2. c. 16. attulit, vel quandiu conductor voluerit, vt meminit Mont. vbi supra num. 411. Eam enim absq; decreto fieri non posse tenuit Alex. cons. 117. vol. 5. Boer. decis. 234. Dec. cons. 204. Ripa in l. filiusfamilias, §. Diui num. 100. ff. de leg. 1. ac alij adducti per Viuium comm. opin. 1008. & ratio est, quia per locationem huiusmodi in cõductorem naturalis transfertur possessio, glo. in l. si quis ante, ff. acquir. possess. l. 3. §. ex contrario, ff. eodem cum similibus, imo vtile dominium, Bal. in auth. ei, qui iurat, C. de bonis auth. iudic. possiden. Alex. cons. 17. num. 5. vol. 4. Viuius vbi supra qui num. 9. sub ampliat procedere etiã si ad quinquennium locatio fieret, ita tamen, vt postea eo finito in aliud quinquennium valeat, & allegati à Monta. cap. 33. num. 409. cum alijs nouem sequentibus. Secundo subampliat etiam si facta fuerit cum pacto, vt non transferatur dominium in conductorem, Plotus cons. 19. Simoncellus in tract. de decret. & solenn. in contr. minor. adhiben. lib. 2. inspectione 2. num. 2. Viuius d. comm. opinione 1007. Mont. c. 33. num. 414. adde. * Et in emphyteosi rerum stabilium minoris, vt absq; decreto, & iuris solennitatibus fieri nequeat, Guttier. p. 2. cap. 5. nu. 24. quando vero locatio fieret ad minus tempus, §. duorum, vel trium annorum, qui finirentur finita tutela, quod pupillus teneatur stare locationi factæ per tutorem vltra dictum tempus tutelæ est tex. in l. si tutelæ 9. ff. de admin. tutor. & latè disputando conclusit Gutt. p. 2. cap. 20. per totum vbi communem dicit, & quid in alio administratore, rectore hospitalis, vel Ecclesiæ sindicis, & electis, vel merito vide per eum.

39 Tertio ampliabis in alienatione facienda per aliquem de re, quam habet cum pupillo cõmunem, vt per Iasonem in l. qui Romæ §. cohæredes num. 28. ff. de verb. obligat. testatus est Caualc. num. 117. Monta. vbi supra num. 119. * adde. Circa quod aduerte, quod si tractatur de rei communis cum pupillo diuisione, quia ea alienationis species est l. 1. C. communia vtriusq; iudic. & notatur in l. 1. C. si aduers. transact. Crauett. cons. 264. num. 8. vol. 2. Paris. cons. 34. num. 37 lib. 2. ad hanc diuisionem non procedet tutor absq; causæ cognitione, & decreto iudicis, alias erit nulla, & vtrinq; veniet rei restitutio cũ fructibus, l. si prędium, & non

solum

folum C. de prædijs minor. & habetur in decis. D. de Franch. 675. vbi an, & quomodo l. 2. C. de rescind. vendit. habeat locũ in diuisione, Menoch. vbi supra num. 34. & seq. idem menoch. lib. 3. præsumpt. 60. num. 4 vbi quod si post maiorem ætatem tacuit per decennium possidendo pro diuiso, tacita, & solemnis diuisio inducta cẽsetur adeo quod amplius retractari nequit quid autem quando esset inæqualitas in portionibus possessis? idem num. 6. & 8. Amplia præmissa etiam prouocante ad diuisionem fratre maiore, Menocch. lib. 3. præsumpt. 61. & de arbitr. iudicũ lib. 2. casu 171. num. 36, & num. seqq. agit de iustis causis diuisionis faciendæ inter quas est, quando prouocat frater maior.

40 Quarto amplia in alienatione nominis debitoris, vt si fiat sine causa, vel per obreptionem vel subreptionem, quia mobilia extent, sit nulla distractio facta. Bald. cons. 376. Alex. cons. 179. num. 3. vol. 6. Vrsill, vbi supra num. 5. & intellige, vt per ipsos.

41 Quinto amplia per Caualcan. num. 157. vt neq; pro dotibus, * vel donationibus ante nuptias, constituendis, vel restituendis sine decreto, & solẽnibus possit tutor alienare præmissa bona, nec in ijs tacitam, vel expressã inducere hypotecam d. l. lex, quæ tutores vbi Bar. C. de adm. tut. maximè si dos cedat lucro mariti vigore statuti, Montan. plenè cap. 33. num. 418. Negusan. de pignor. 2. par. 4. mẽbro num. 73. Caualc. num. 157. * adde Guttier. p. 2. cap. 5. nu. 5. & seq. & neq; si ad pias causas alienatio fieret, vt testatur, & de communi opin. docet idem

42 vbi supra nu. 55. Sexto amplia in parte tutore filij, vt eius bona ob æs alienum, absq; decreto alienare nequeat, licet bene iudex possit ac debeat esse pronior ad consentiendum ei l. si pupillorum §. si patri ff. de reb. eorum, per quẽ ita dixit Arnon. * dialogo 31. * adde. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 181. nu. 54. quo loci fassus est eundem non tutorem, non curatorem; sed bonorum aduentitiorum filij minoris administratorem bene posse, absq; decreto alienare, quando tamen iusta alienandi causa subesset idem firmant lib. 3. præsump. præsump. 81. num. 5. allegat Simoncell. in tract. de decret. in alien. minor. lib. 3. tit. 8. num. 9. vbi de communi opin. testatur Mont. per multa num. 69. cap. 33. vbi ampliat conclusionem principalem, vt procedat etiã si alienatio fieret inter affines, & fra- * tres, * Menocch. num. 63. Item in eos, à quibus rem pupillus habuit, Montan. nu. 79. Etiam si pater venalem eam rem ha- * buisset * idem Mont. num. 113.

Me-

Menocch. num. 54. & 55. item in lapidicinis, Cretifodinis, argentifodinis, salinis, & similibus num. 115. Menoch num. 57. Item tam in annuis redditibus iam emptis vendendis, quam constituendis super bonis suis, & per ipsum alio soluendis, idē Montan. d. cap. 33. num. 124. & seq. Guttier par. 2. c. 5. n. 24. Item in rebus mobilibus, quæ seruando seruari possunt, item in hypoteca regulariter, adde. Item ampliat Menocch. vbi supra in pignoratione post Gutt. p. 2. cap. 20. num. 2. & 5. in transactione, in compromisso, in donatione, in solutum datione, in repudiatione legati, & in cessione iurium, quæ habet ad rem pupilli, Guttier. p. 2. cap. 5. num. 27 & in hypoteca d. c. 5. num. 35. vbi ampliat num. 36. Vltimo amplia, vt si maior infantia iuramento firmaret alie-
43 nationem non solemnem, vt supra, adhuc per tex. in auth. Sacramenta puberum, C. si aduer. vend. cōtra eam venire valeret obtenta prius absolutione à iuramento ad finem agendi, & excipiendi, Caualc. vbi supra num. 168. per doctr. Bar. in l. 2. vbi cæteri Doct. C. de rescind. vend. quam communem dicit, & valdè notabilem, vide, quia plura bona loquitur * adde. Et præmissa procedunt non solum in maiori infante, sed etiam in pubere minori, qui donasset aliqua bona suo tutori, & contractum iuramento fundasset, vt adhuc ea donatio non valeat, nec iuramento firmetur ex deductis, & consideratis per Ripā lib. respons. tit. de donat. respōs. 4. num. 11. cum seqq. & Gutt. de tutel. p. 2. cap. 15. à nu. 26.
44 vsque ad finem. Limita vero præmissa procedere, si alienatio fuerit in minoris, seu pupilli præiudicium, secus si in fauorē, & ipse acquieuerit, vt per Bar. in l. si is, ff. de eo, qui pro tuto. vel curat. in l. 1. ff. quod cum falso tut. quod intelligas, vt per Caualc.

45 Limita secundo in patre non tutore; sed administratore legitimo filij sui, vt eius bona sine decreto alienare possit. Arnonus vbi supra * adde. Et vide Iasonem in l. singularia nu. 19. ff. si cert. petat. & Ripam ad l. obligatione nu. 36. ff. de pignor. & hypotec. & quæ nos diximus supra num. 27.

46 Limita tertio, quando testator concessisset facultatem tutori, vt etiam sine decreto iudicis alienare possit, l. 1. & 3. C. quando decreto opus non est, l. 1. vers. præterea, ff. de rebus eorum. Bal. cons. 287. vol. 4. Angel. cons. 175. * Menocch. n. 67. vbi supra, Guttier. quoq, plures adducit par. 2. cap. 5. num. 62. Sublimita quando tutor citra dolum, ac fraudem id faceret, secus aliàs l. creditor, §. Lucius ff. man-

ff. mandati, Alex. cons. 62. 2. vol. Hipp. sing. 465. Gramm. cons. 25. in ciuilibus, Vrsill. vbi supra num. 7.

46 * Limita quarto in re, quam testator alicui promisisset vendere certo pretio stabilito, vt eam tutor tradere queat emptori, absque decreto, vt ex multis concludit Guttier vbi sup. c. 5. à num. 64. vsque ad 68.

47 Limita quinto in molendinis supra flumina positis, quia immobilia periculosa absq; decreto, & solemnibus vendi possunt, vt per allegatos ab Vrsillo ad d. decis. Afflict. 249. in fine Mont. cap. 33. nu. 176. * adde. Quod tamen non probat Guttier. d. c. 5. nu. 61. Sed verum intelligit in molendinis, quæ instar nauiũ super flumina meant, cuiusmodi sunt in flumine Ligeri, & Pado refert Bart. in l. quominus q. 18. de fluminibus, & in Tyberi, & per Castrens. in l. fluminum num. ff. de damno infecto. Sic etiam in iardenis malarangiorum, vt per Angel. in l. non solum, ff. de petit. hæred.

48 Limita sexto in hypoteca, non procedere in hypoteca legali, pro vt est in casu dotis, licito, & conductionis domus, ita Monta. cap. 33. num. 434. cum seq. * adde. Guttier. p. 2. c. 5. à nu. 68. vsq; ad 74. sunt & aliæ limitationes, de quibus per Menocch. vbi supra à num. 71. vsq; ad finem, & per Guttierez loco citato nu. 70. Solemnitatibus autem, de quibus supra dictum est, interuenientibus adeo potest tutor distrahere rem pupil-

49 larem, vt etiam si testator cauerit, ne quid rei suæ alienetur, adhuc præceptum, & voluntas eius seruãda non sit, tex. est notabilis in l. quidam decedens, §. vsq; adeo, ff. de admin. tutor. & si non aderit læsio in contractu secundum scribenda inferius ex dolo, vel fraude, quod emptor sit tutus, etiam si in contractu non esset pecunia numerata, sed eam confessus fuisset tutor recepisse, & lucretur fructus, dicit Caualc. num. 176. adde.

* Quibus solemnitatibus non obseruatis circa alienationem per tutorem, quod dolosus præsumatur, docuit Crauetta cons. 193. num. 2. refert, & sequitur Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. n. 79. Tutor autem in venditione si contrahat vt tutor, & tutor nomine tantum, non tenebitur, si autẽ etiam nomine proprio, vel obliget bona sua, quod teneatur, disputando censuit Guttier. p. 1. cap. 1. num. 22. cum seqq. & vide quæ dicentur infra in fine num. 56.

Verum, quia pupilli effecti maiores aliquando ratificant contractus, aliquando veniunt contra alienationes factas à tutoribus, ideo breuiter pro complemento huius rubricæ de hoc est differendum. Et ex deductis

per

per Caualc. num. 141. & ſequ. licas quod aut contradicunt pupilli maiores effecti, quod licet alienatio fuerit perfecta, & ſolemniter ab ijs facta, ſunt tamen læſi, & læſionis prætextu intendunt coadiuuari, aut quia non fuit perfecta, & ſolemnis ſecundum præmiſſa, & intendũt reſcindere omnino. Primo caſu, aut eſt læſio vltra ſextam partem, quo caſu aliàs in ſubhaſtatione neceſſaria de læſione dicitur, teſte Caualc. n. 140. de Franch. deciſ. 120. & 224. aut minor eſt læſio, aut vltra dimidiam. Primis duobus caſibus admittentur infra quadriennium à die ſcientię, & perfectæ ætatis, ſcilicet vigintiquinq; poſt annos de iure communi, & poſt decem, & octo in Regno per Conſt. minorum iura, & conſequentur per remedium reſtitutionis in integrum, vſq; ad 29. vel 22. annos iuſtum pretium Caualca. num. 144. & per l. ſiquidem, C. de prædijs mino. Monta. cap. 33. nu. 423. Tertio caſu ſi vltra dimidiam, & tunc etiã ſi ratificaſſent verbo, factoq; pupilli effecti maiores, poterunt ex capite l. 2. C. de reſcind. vend. infra triginta annos agere, & quando vltra dimidiam in magna quantitate eſſet læſio etiam ſi iuratum eſſet, & beneficio prædictæ legis renunciatum, impetrata tamen ſemper abſolutione à iuramento ad effectum agendi, & excipiendi, vt per Caualc. nu. 169. Monta. vbi ſupra nu. 578. competet autem iſta reſtitutio, & remedium pro læſione docto de minori ætate, læſione facilitate minoris, & dolo vero, vel tutoris, vel aduerſarij Alcy. de præſumpt. 41. num. 6. Caualc. num.
51 142. & 143. nec obſtat hoc caſu ſi diceretur d. remedium d. l. 2. non competere in alienatione facta ſolemniter decreto iudicis, & præcedente ſubhaſtatione, ſiquidem non poteſt conſiderari læſio in pretio, cum fuerit iuſtum, & tale præſumatur per illam, atq; probetur argum. tex. in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. ad officium C. comm. diuid. l. fin. §. pen. C. de iure dom. impetrat. cum ſimilib. notatis per Iodoc. de ſubhaſt. cap. 5. num. 8. quia quinimo per illam non probetur ita iuſtum, quin iniuſtum eſſe poſſit, l. ſi quos, C. de reſcinden. vendit. & d. l. ſiquidem C. de præd. minor. Vnde data læſione, & cum errore, & facilitate pupilli dato dolo aduerſarij per gratiam, vel ſordẽ ementis, & ſola tutoris animi voluntate, non præcedente neceſſitate reali ad vendendum, vt diximus, benè competet, ſecus fraude, dolo, ac præmiſſis ceſſantibus, & huc recidit diſtinctio, quam tradidit Iodoc. de ſubhaſt. cap. 4. num. 26. & de-

cur.

cut. & curat. mune. cap. 10. nu. 50. & ita intelligitur Bart. in l. 1. C, de præscrip. triginta, vel quadraginta annorum, qui per l. 2. C. si ob publi, pensitat. tenebat in subhastatione considerari læsionem, & verificari remedium l. 2. C. de rescind. vend. Non tamen in casu militantis læsionis emptor iste refundens iustum precium pupillo lęso tenebitur pro ratha precij restituendi, vel restituti ad fructus rei emptæ percæptos, ea ratione secundum Soarez commun. opin. num. 353. vers. fructus, quia cōtractus à principio fuit validus, & tenuit, & emptor solum illa læsione detecta tenetur rescindere contractum, vel iustum pretium supplere; vnde est, quod fructus rei suæ restituere non tenetur: quod Caual. n. 145. circa mediū intelligit, si hic emptor ignorasset rei valorem emptæ, & venditorem esse læsum vltra dimidiam iusti pretij, secus si sciuisset, & in territorijs exemplifica, si emptor esset agrimensor, vel æstimator, aut alias petias terrę iuxta locū emptum emisset eiusdem bonitatis maiori pretio, quia tunc vti malę fidei emptor, & possessor teneretur minori de iure canonico ad restitutionem fructuum pro ratha pretij iusti nō soluti de pręterito, sicut teneretur eos restituere eadem ratione à die pretij oblati per vēditorem, vel à die litis motę, seu contestatę, allegat Couarr. var. resolut. cap. 3. nu. 9. lib. 2. & lib. 1. cap. 3. & Beroum qu.
52 98. Vnde ad euitandum malæ fidei suspitionem ego consulerem, vt empturus rem pupilli post decretum iudicis, quod res vendatur pręcedentibus subhastationibus, illam prius per expertos æstimari faciat in curia examinandos, atq; deposituros de iusto pretio illius rei attento tempore venditionis, cū insertione causæ sufficientis scientię circa qualitatem rei, & fructus, inde subhastari faciat, & ipse offerat illud pretium, quod fuerit relatum, & iudicatum ab æstimatoribus, tunc enim non reperto alio plus offerente, vel dato, & auctionibus ab ipso victo, & superato candela extincta erit tutus, ita videtur annuere tex. in d. l. si quos vbi glo. C. de rescind. vend. Sed hic prętermittendum non erit, quod enormiter lædi adhuc dicitur pupillus, quando eius fundus fuerit venditus iusto pretio, si tamen fuerit maiorum pupilli, l. si in emptionem, ff. de minori. Alex. cons. 67. lib. 5. Dec. cons. 403. vers. quamuis; inde glo. in l. & si æquo, ff. de leg. 1. *nostra admodum interesse* (dicit) *rem, quæ maiorum fuerit, emere, sicut interest redimere fundum, quia fuit maiorum, pluris, quam valeat*, Iason in l. 1. vers.

secu-

ſecunda differentia, ff. de lega. 1. faciunt l. lex, quæ tutores, C. de admin. tuto. * adde. Vel ibidem fuerunt ſepulchra parentũ l. libertus qui ſoluendo, ff. de bonis libert. & l. 1. §. & alias videamus, ff. ſi quid in fraudem patronor. & alia de quibus per Montan. cap. 33. nu. 425. hinc eſt, quod ex hac præſumpta affectione, & intereſſe competit reſtitutio in integrum, non tamen eſt conſiderabile hoc intereſſe affectionis, vt augeat rei pretium, ita ex Cæpolla, Ripa, & Pariſio probat Menocch. lib. 3. præſump. 83. nu. 6. quo loci plura de eo intereſſe, & affectione, & alia, de quibus per Mont. cap. 33. nu. 425. Secundo caſu, i contradicunt pupilli, quia alienatio, & actus non fuerit perfectus, & ſolemniter geſtus, à legitimo tutore, vt quia cauſæ cognitio nõ interceſſerit, iuxta ea, quæ diximus, quod .ſ. non iderant mobilia, nomina debitorum, ac minus damnoſa, &c. vel ab illegitimo tutore, qui .ſ. non confeciſſet inuentarium, non ſatiſdediſſet, vel ei adminiſtratio à iudice decreta non fuiſſet, & tunc ſemper aget pupillus effectus maior vſquequo non fuerit, ſecundum quoſdam, inducta tacita ratificatio, vel expreſſa, quod erit inferius explicandum. Aget autem non actione perſonali; ſed actione in rem, & officio iudicis, ac remedio reintegrandæ poſſeſſion. Menocch. de recuper. poſſeſſ. remedio 15. num. 187. & ſeq. verſ. declaratur ſexto, allegatus à Caualc. num. 150. vbi dixit ſibi magis placere doctrinam Caſtren. conſ. 105. vol. 2. quam ſequitur Plotus in l. ſi quando num. 205. verſ. vnum perpetuo C. vnde vi, quam habes in d. tract. de in litem iuran. quod .ſ. minor formet ſuam petitio-

54 nem *narrando contractum nullum, & iniquum minus ritè, & rectè factum fuiſſe, primò do cauſas nullitatis, & iniquitatis ſimul, vel diuiſim, prout in facto erit, & implorabit officiũ iudicis petendo declarari aſſertum contractum nullum, & ipſum non teneri ad illius obſeruantiam, requirendo etiam ſucceſſiuè eadem ſententia condemnari illum, qui contraxit, ſeu acquiſiuit nulliter ad ipſa bona reſtituendum, & ipſorum bonorum poſſeſſionem relaxandum ſibi*. Quod vero remedium reintegrandæ, & recuperandæ competat etiam contra tertios poſſeſſores, & emptores ſecundos, vel vlteriores rei minoris malè diſtractæ, videre eſt per Caualc. num. 151. & Guttier. p. 2. cap. 5. num. 9. ad quem recurras, quãdo caſus occurret, non enim refero, ne ipſum trãſcribere videar * adde. Et quod minor recuperet non ſolum rem malè alienatam; ſed etiam

fructus

fructus vendicet, quando non est emptor bonæ fidei possessor, vt est quando sciuit rem emptã esse pupilli, constat ex l. 1. & 2. C. si quis ignora. rem minor. esse, & l. si prædium, C. de præd. minor. & quod cõsequatur fructus industriales in quantum possessor factus est locupletior, ex Couarr. lib. 1. variar. resol. cap. 3. num. 6. & ad finem, censuit Guttier. p. 2. cap. 5. nu. 10. & seq. vbi an, & quando error iuris, vel facti bonam finem producat; est tamen verum, quod per possessores opponetur de pretio, vt restituatur, vel imputetur quia versum est in pupilli vtilitatem: secus quando non est versum, vt supra, vt plenè videre poteris per Guttier. vbi supra num. 19. 20. 21.

55 Et quòd emptor, & possessor bonorum minoris mulieris, vel Ecclesiæ bona non rectè alienata, vt supra pro melioramentis per eum factis in dictis bonis, nec pro expensis necessarijs retinere possint, cum ad eos peruenerint cum vitio, & delicto, nec competat exceptio; sed necesse habeant restituere, dixit Caualc. per multa num. 165. & quando volunt eas consequi officio iudicis, quod teneantur imputare fructus cum ipsis melioramentis, & expensis, dixit per multa idem Caualc. n. 166. & 167. remittens nos ad Menocch. de recup. possess. remed. 15. qu. 15. per totam, & quod acquirens à pupillo, vel tutore sine solemnitatibus, vel à falso tutore dicitur esse in dolo præsumpto, siue mala fide regulariter, cap. qui contra iura, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. Bar. in l. 1. C. de fide instrum. & iure hastæ fisc. lib. 10. & allegati à Mõr. cap. 33. nu. 80. & ea præsumptio cum sit iuris, & de iure non recipit probationem in contrarium, Monta. num. 81. vbi de tribus limitationibus. An au-

56 tem tutor, qui non ritè, vel rectè alienauit rem pupillarem, ob quod per pupillum recuperata fuit inde ab emptore, teneatur eidem ad eius rei euictionem? Satis pulchrè distinguit Caualc. num. 172. & seq. ideo ad eum, cuius dictis addi non potest, recurrere, ac etiam vide Mont. cap. 31. effectu 5. vbi habebis, quatenus teneatur tutor finita tutela pro contractibus pupilli nomine gestis, & pro delictis, & quasi occasione tutelæ, * adde. Et nouissime Guttier. par. 2. cap. 13. censuit tutorem vti administratorem necessarium nomine officij cõtrahentem de euictione non teneri, iuxta l. si non subscripsisti, vbi Salice. C. de administr. tutor. glo. in c. sicut 46. distinct. l. post mortem §. tutor ff. quando ex facto tutor. Limitat autẽ pluribus modis, & primo quando nomine proprio se, & sua obli-

obligauit. Secundo quando non erat necessaria venditio, vt si sine necessitate vendiderit, & sine decreto, quo casu tenebitur ad restitutionem eius pretij quod in vtilitatem pupilli versum non erit, ita num. 2. & 3. quid vero dicendum in falso tutore, vel illegitimo, & de procuratore ad negotia, vide per eundem num. 4. & 5. cum seq. vsque ad finem capitis. Quid vero dicendum si sententia sit lata contra tutorem, vel curatorem pro ære alieno à pupillo debito an mandetur executioni cõtra tutorẽ, vel curatorẽ finita tutela, vel cura? Et distingue ex Gutt.p.2.c.23.q; est finale, quod aut tutor nihil habet de bonis pupilli, & exequtio fieri nequit contra eũ l. 1. C. quando fiscus vel priuatus, & l. 1. in princip. C. quando ex facto tutoris: aut habet bona pupilli, & si ea non exhibeat, vt pignori capiantur, iure carcerabitur donec exhibeat, ita Bal. in d. l. 1. C. quando fiscus &c. Angel. in l. si vacantia C. de bonis vacan. lib. 10. & sunt alij citati per Guttier. vbi supra quos vide. Sed præmissis adiungas, quod pupillus iam pubes, vel maior pro re male distracta agere potest ad sui electionem tam contra tutorem, quam possessores rei suæ, vt docuit idem Caualc. per multa num. 171. & 174. & intellige, ibi, & quod ipse tutor malè alienans, si pupillo succedat, vel minori non possit vt hæres agere ad rescindendum contractum, tenuit ipse idem Caualc. num. 175. Secundo, & principaliter si pupillus effectus maior ratificet, an inde possit agere pro re malè distracta? Et dicas pro intelligentia, & decisio-

58 ne, quod ratificatio tribus modis inducitur, duobus modis ab homine, & tertiò à lege Caual. nu. 147. Ab homine fit primo verbis expressis post perfectam ætatem, vt coram hominibus profitendo ore, vel scriptis priuatis, vel publicis. Secundo facto, puta si soluat debita, vel solutionẽ recipiat à debitorib⁹. vel rei distractæ redditus, pensiones, vel fructus percipiat, aut restituat, aut dilationem concedat, aut petat ad soluendũ, vt per Alex. cõs. 117. n. 2. li. 5. Dec. cons. 232. n. 4. Craue. cons. 225. n. 6. vol. 2. & 159. n. 5. Menoch. d. reme. 15. q. 15. n. 118. vers. tertia

* est ratihabitationis species, * idẽ Menoc. lib. 2. præsup. 39. & lib. 3. præs. 75. sunt, & alij sex modi, qui describuntur per Montan. cap. 33. à num. 532. vsque ad 541. Quæ ratificatio afficit hęredem minoris statim minore mortuo, & adita hæreditate, si tamen alienationem sciuit, vt docuit Caualc. num. 147. qui hæc omnia posuit. Tertio, & vltimo inducitur ratificatio à lege, & id fit post cursum tem-

M poris

poris post ætatem perfectam, quæ alio nomine tacita ratificatio appellatur, & inducitur spatio quinque, decem, aut viginti annorum post ætatem perfectam respectiuè tamen, vt inferius dicetur l. fin. C. si maior factus alie. sine decreto ratam habue. *adde, ad quam l. vide Menocch. de recuperan. possess. remed. 15. q. 15. n. 105. cum seqq. Quibus sic declaratis dico, quod si minor maior effectus ratificet facto, vel verbis contractũ gestum per actorem, vel curatorem, non poterit amplius agere, & restitui aduersus illum prætextu læsionis, sicut alias admitti eum dicebamus supra, secundum deducta à Caualc. num. 140. nisi tamen esset læsio vltra dimidiam iusti pretij, quia tunc venire poterit ex capite l. 2. C. de rescind. vẽd. per annos triginta, & per Doct. in d. l. 2. Couarru. variar. resolut. lib. 2. c. 30. n. 10. & seq. Menocch. de recup. poss. rem. 15. num. 184. & alij quos allegat Caualc. nu. 141. & nos diximus superius. Si verò ratificet tacitè, vel consensu legis, vt quia tacuerit maior effectus, & sciens alienationem, & actum factum per tutorem per quinquennium in causa onerosa, & per decennium inter præsentes, & vicennium inter absentes in causa lucratiua .s. donationis alijs factæ, amplius vltra hoc tempus non audietur, cum omnia approbasse censeatur, & ratificasse, etiam si actus non fuerit solemniter factus d. l. fin. C. si maior factus alien. sine decr. vb glo. Doct. & Menocch. d. remed. 15. num. 140. Crau. d. cons. 102. num. 7. Caualc. nu. 77. & 146. cum ipsa lex finalis locum habeat, quando contractus est factus ab ipso minore sine consensu curatoris, aut ab ipso tutore, & curatore nomine pupilli absq; præsentia minoris, & iudicis decreto, vel ab ipso minore curatorem non habente, & non impetrata venia alienandi, vel absque consensu propinquorum in casu requisito, vt per glo. Bar. & alios ibidem, sic etiam si tutor non fecisset inuentarium, non satisdedisset, & nõ interuenissent alia requisita in alienatione, de quibus supra, quicquid in hoc secundo casu aliqui alij dixerint, vt per Caualc. d. num. 146. circa medium, qui limitabat prædicta non procedere, quando affuisset in contractu dolus verus, vel cõtractus fuisset pignoratitius, vel simulatus, quia tunc nec expressa verbis, & facto, nec temporis cursu tacita inducetur ratificatio, sequitur Montan. cap. 33. à nu. 564. vsq, ad 569. & num. 570. dixit, quod quando cõtractus laboraret duplici vitio, scilicet nullitatis, & læsionis, tunc sublata causa nullitatis

tis ex cursu temporis, non sublata dicitur causa læsionis ex Bald. in l. 1. C. si maior factus, & Mysing. nu. 40. *adde, Natta cons. 162. num. 34. Menocch. d. remed. nu. 184. Rolan. cons. 72. num. 16. Surd. cons. 49. nu. 29. refert Ludou. Moros. cons. 42. nu. 12. Lanar. cons. 33. n. 16. Item quando minor ne dum nō affuit, sed neq; sciuit, vel perfectè nouit alienationem, sed dubius, ancepsque fuit quo pacto contractus celebratus esset, tūc enim nec ratificasse censebitur, Menocch. vbi supra num. 177. Monta. vbi sup. n. 571. vbi ꝙ d. l. fin. habet locum in sciente, & non ignorante, & dubitās ignoranti æquiparatur l. manifestissimi vbi Bar. C. de furtis, intellige tamen dummodo non fuerit crassa, & supina ignorantia, de qua dic per Menocch. n. 115. & seq. & alios per Caualc. vbi supra in fine numeri allegatos. Et quædam de hac ratificatione expressa, & tacita videas per Vrsill. ad Afflict. d. decis. 249. à num. 9. vsq; ad finem. per quæ in causa propria obtinuisse dixit, adde. Et de ratificatione plura videnda sunt per D. Cons. Fabium de Anna cons. 29. n. 19. & Rouit. in pragm. de titulor. abusu in scriben. nu. 114. cum seqq. & quando cedit in vtilitatem pupilli num. 122. & faciunt quæ dicta sunt supra eodē post num. 27. Quod nota in causa Frangicarlarum circa emptionem factam de annuis ducatis viginti duobus cum dimidio super introitibus Terræ Roggiani pro vniendis illis cum capitali ducatorū 750, & introitibus ducatorum sexaginta septem cum dimidio, & de venditione facta pro ijs annorum ducatorum decem pro capitali ducatorum centum qui definiebant. Eo fortius, quia illud capitale ducatorum mille integrum sibi pro dote promiserunt postea earum iuris, & habuerunt census aliquot in compotum dictorum annuorum ducatorum nonaginta. Tandē pro complemento scias, quod Monta. d. cap. 33. num. 550. per plura tenuit, quod d. l. fin.
59 loquens de tacita ratificatione solummodo locum habeat in minore pubere, & in contractu facto per eum iam puberem, nō autem in minori pupillo infra quatuordecim, vel duodecim annos respectiuè cōstituto, quo casu nunquam cursu temporis ratificasse contractum, & alienationem inualidam cēsebitur, cogita, & nota ad intelligentiā præmissorum *adde. Hæc quo ad tutores; sed si protutor vendiderit rem pupilli, nec ea vsucapta sit, poterit eam pupillus petere, quia non est eadem ipsius, quæ tutoris, administratio l. 2. ff. eodem, vbi Bald. Alber. & Cuman. notant: gesta enim

à protutore nullius sunt momenti: nam veram non habet administrationem, l. qui neque vbi Dynus, Bal. & Raphael notant, ff. de rebus eorum, & l. apud Celsum. § si quis tutor, ff. de doli except. Gutier. cap. 17. num. 9. Ex quibus huic notabili rubricæ finis esto.

Io. Paulus Galterius V. I. D.

Ne se vti suspectum remoueri contingat Rubr. Quinta.

SVMMARIVM.

1 *SVspectus tutor quis dicatur.*

2 *Omnis generis tutor suspectus à tutela est mouendus.*

3 *Iudex pati non debet pupillo malum esse administratorem, & quis in ea causa iudex fuerit de iure antiquo, & communi.*

4 *Quis hodie cognoscat de suspecto tutore.*

5 *Quando alicubi diuisa est iurisdictio ciuilis a criminali, vter iudex ciuilis, an criminalis de tutore suspecto cognoscat?*

6 *Qui admittantur ad accusandum tutorem vti suspectum.*

7 *Pupillus non agit contra tutorem nisi finita tutela.*

8 *Causæ, ob quas vti suspectus tutor remouetur, cum sequent.*

9 *Matri pupilli, ac sorori an sint præstanda alimenta per tutorem?*

10 *Tutori pupillo coniuncto postulato suspecto an sit semper adiungendus curator?*

11 *An tutor, quod morosus in solẽnibus conficiendis fuerit accusatus, ob id ab agendo repellendus, & ab administratione remouendus.*

12 *Remotus tutor ob dolum, in quo versatus sit, efficitur infamis, ob culpam non aquè.*

13 *Boni mores potissimum in tutore considerantur, non diuitiæ.*

14 *Qui sibi, & bonis suis non parcit, minus alteri, ac eius bonis parcere dicitur.*

15 *Transitus matris ad secunda vota, vel sponsalia, an, & quando ipsam suspectã reddant, vt nequeat esse tutrix, & de triplici ratione.*

16 *Remouendus à tutela adeo remoueri debet, vt etiam si offerat satisdationem nõ obligatus, non admittatur, & de ratione.*

17 *Antequam administret tutor*

tor ob solum dolum remouetur, post verò ēt ob culpã.

18 *Quãdo vnus remouetur vti suspectus an alter in eius locum subrogandus?*

19 *Tutori accusato suspecto interdicitur administratio post litis contestationem.*

20 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

21 *Cognitio suspecti tutoris eiusdem morte, ac pupilli pubertate finitur.*

IN hac rubrica primum scire oportet, quod suspectus tutor est is, qui tutelam, & negotia non gerit ex fide etiam si soluendo sit, §. suspectus autem, inst. de suspect. tutor. cum non facultas; sed mali mores quem suspectum reddant, §. pen. & §. suspectus inst. eodem, & l. suspectus, ff. eodem Monta. cap. 36. nu. 21. cum seq. & regula 2. cap. eodem in prin. vbi multa pulcherrima de paupertate, quæ tu videre poteris, Iodo. de tut. merc. n. 24. & 25. Et legis 12. tab. dispositione suspectus tutor à tutelæ administratione remouēdus est §. 1. in princip. inst. suspect. tut. & curat. lex enim 12. tab. tit. 3. 3. *Suspecti* (inquit) *tutores remouentur.* & cap. 25. in collectaneis post aliquos institutionum libros existentibus. *Suspecti tutoris iudicium esto*. Et Cicero lib. 3. officior. *Dolum* (dixit) *in tutela fuisse vindicatũ lege duodecim tabularum*, de qua re plura Mont. vbi supra regula 4. per totam. Quo sic declarato, videndum est de pluribus. Et primo qui tutores vt suspecti remoueantur, coram quo, & quibus instantibus. Secundo quæ sint causæ, ob quas aliquis vti suspectus remoueatur. Tertio, an possit quis tam ante, quam post administrationem vti suspectus remoueri?

2 Quo ad primum dico, quod vti suspecti remouentur omnis generis tutores, siue testamentarij, siue legitimi, siue datiui, §. ostendimus, inst. de suspect. tuto. * Guttier. p. 2. c. 18. n. 23. & in testamentario non obstat, quod eius fides est approbata à testatore; nam iudex non debet

3 pati pupillo malum esse administratorem, l. in confirmando & l. vtilitatem ff. de confirm. tuto. Monta. cap. 36. regul. 6. assignat rationem, quia potest esse, ꝙ mutauerit mores post mortem testatoris, & susceptã tutelam, & tradit quinque ampliationes, quas per ipsum datur videre, * adde. Quando autem pater sciuit mores tutoris dati non remouebitur, l. in confirmando, iuncta l. vtilitatẽ, ff. de confir. tut. ēt si esset manifestè prodigus, l. tres tutores, §. vlt. ff. de adm. tutor. per quam ita Aret. in l. is cui lege, col. 2. ff. de testamen. Guttier. d. c. 18.

 num. 2.

n. 2. vbi ampliat etiam si pater sit minor per l. 3. §. quamuis ff. de adminst. tutor. & doctrina Romani, Tiraquelli, & Caldas. Accusabuntur autem, & remouebuntur Romæ quidem corã, & à Prætore, & in Prouincijs à Præsidibus earum, & à legato Proconsulis de iure communi, vt inst. eodem in prin. Hi autem si ageretur ciuiliter ad remouendum tutorem vt suspectum, non autem puniendum, possent committere cognitionem, & informationem, l. cognitio in princip. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. sententiam autem delegans ipse proferet, & non delegatus, qui regulariter illam pronunciare non potest, Mont. cap. 36. reg. 5. Dixi regulariter, quia fallit in delegato Proconsulis, qui habet duo specialia; vnum, quia potest cognoscere, & pronunciare de suspecto tutore d. l. cognitio, alterũ, quia potest de alijs criminibus cognoscere tantum; sed non pronunciare l. solent ff. de off. Procos. Si autem criminaliter ad remouendum scilicet, & puniendum, & tunc non potest id fieri, nisi coram ordinario l. 1. §. fin. cum l. sequ. ff. de suspect. tutor. & hoc casu debet offerri libellus, siue accusatio instituatur, siue iudicis officium imploretur l. fin. vbi Cyn. C. eodem idem in l. fin. C. de edict. D. Adri. tollen. Non tamen nego, quin iudex ex officio, & solo animi sui motu, vt quia videt eum coram se dolose quid facere, vel aliud, ad id procedere potest, & sic ad remouendum, non autem puniendum l. 3. §. præterea ff. de suspect. tutor. Monta. reg. 7. num. 4. cap. 36. * adde. Guttier. vbi supra num. 8. nam debet Iudex respectu pupillorum, & minorum tutoris, & curatoris officium substinere, & omnia prouidere, quæ noscat pupillis, & minoribus expedire vt per Bar. Castren. & alios in l. bonorum C. qui admitti, quos refert, & sequitur Decianus consl. 85. nu. 9. vol. 2. Et hoc casu crimen non est circunstantiandum, & designandũ, puta ex hac, vel illa causa, vt in accusatione, glo. in d. l. 1. §. 1. ff. eodem, sed sufficit inquirere an bene administrauerit; sed secus est si agatur ad puniendum, debet enim continere certum, & designatum crimen, & causam, vt per Aret. in princ. inst. de suspect. tut. nu. 3. & hoc quando alia pœna extraordinaria grauiori, quam est infamia, non est puniendus, quod si grauiori, tũc eum ad Præfectum vrbi esse remittendum ex l. 1. §. item solent ff. de off. Præf. vrbi dixit Monta. reg. 5. nu. 7. & ob facinus grauius extraordinariè punietur, id autem quale sit inferius patebit, si illud dixerimus, quod libertus propter omnem causam

dolo-

dolosam remouebitur, & punietur ob ingratitudinem contra eos, quorum pater sibi maximum contulit beneficiũ Mont.
4 num. 8. Hodie vero possunt cognoscere de suspecto tutore omnes Capitanei terrarum, & locorum, qui ex mixto imperio eis concesso per Barones, quibus omnibus illud fuit communicatum ab Alphonso I. Rege huius Regni, Præsidibus prouinciarum, & Iustitiarijs regionum in sua iurisdictione æquiparantur, vt colligitur ex verbis Constit. Regni. Ea, quæ ad decus, vbi hoc illis tantum reseruatum erat, & siue agatur, vt remoueãtur tutores solum, siue puniantur vti suspecti, etiam cognoscunt. Possunt quoque in quibusdam locis, vt dicebamus in prima rubrica primæ partis nu. 23. cognoscere Baiuli si solum agatur, vt à tutela remoueatur suspectus tutor, non etiã si agatur, vt remoueatur, & puniatur; nam hoc casu, cum causa criminalis dicatur, de ea Baiuli non cognoscent, vt in Constit. Baiuli locorum. Hinc fit, quod cum in quibusdam terris, & maxime Casalibus Albanensium concessis Ecclesijs ab antiquo, vel Prælatis earum ab antiquis
5 retro Regibus exceptis criminalibus, omnis iurisdictio concessa censeatur; & Capitanei ab ijs destinati in prædictorum Baiulorum locum, ac vicem successerint, sequitur, quod coram ijs petendus sit tutor, & de suspecto accusandus, vt solũmodo remoueatur. Quod si vt puniatur, tunc Capitaneo causarum criminalium id oportere fieri affirmo per notata ab Affl. in d. Constitutione Baiuli locorum nu. 7. & 8. si tamen non sit limitata iurisdictio criminalis in tribus casibus, seu capitibus, quod si sit limitata, tunc si tutor non venit afficiendus pœna delicti in illis capitibus contenti, erit iudex Capitanius causarum ciuilium, & ita intelligẽdus est Calà in suo tract. vers. In causis ciuilibus, vel mixtis glo. 2. nu. 6. & quod is Capitanius causarum ciuilium possit punire pœna exilij quando Dominus criminalium habet dicta tria capita tantum, vt olim Lungari, & Aquæ formosæ fuisse audiui, colligitur ex discussione facta per Præsidem de Franch. decis. 116. quod nota, quia in contingentia fecit mihi honorem, * & de iudice vide Gutt. d.
* p. 2. c. 18. nu. 7.

6 Admittuntur autem ad hanc accusationem instituendam, vel ad id petendum, & ciuiliter instandum, excepto ipso pupillo §. impuberes inst. de suspectis tutor, omnes personæ coniunctæ, etiam alias inhabiles, vt mulieres l. 1. ff. de accusat. hinc est, quod mater pupilli, auia, soror, & nutrix admittuntur §.

consequens Inst. eodem, ac etiã quælibet extranea, dum tamen pietate adducta ad id faciendum, & petendum moueatur, * Guttier. d. cap. 18. nu. 4. Item contutor, qui desijt esse tutor, vel est adhuc contutor, accusare potest l. 3. ff. eodem. Item liberti pupillorum d. l. 3. §. li-
7 berti. Prohibentur autem pupilli ipsi ea ratione, quia non agunt contra tutorem, nisi finita tutela l. nisi finita ff. de tutel. & ratio. distrahen. docuit Aret. in §. consequens num. 4. Inst. eodem. Puberes verò admittuntur ad postulandum curatorem suspectum cum consilio amicorum, & consanguineorum d. l. impuberibus ff. eodem. Monta. vbi supra cap. 36. reg. 7. per totam, adde. * Guttier. vbi supra nu. 5. & num. 3. quod quilibet de populo admittatur §. consequẽs inst. de suspectis tutor. l. 1. §. consequens ff. eodem, & alijs.

8 Ad secundũ deueniendo dico, quod omnis causa, quæ prętori iusta visa fuerit, & apta ad remoueri faciendu n quem vti suspectum, arg. l. 3. §. si tutor, ff. de susp. tut. Corn. cons. 175. num. 4. lib. 3. Mont. cap. 36. reg. 4. in principio, tamen in iure plures causæ expressæ sunt, quibus à tutela vt suspectus remoueri potest, vt l. 3. §. nunc videamus, & §. fin. cum l. sequ. ff. de suspect. tuto. Verum, quia huiusmodi causæ proueniũt aliquæ ex culpa lata siue versutiè, quæ dolo comparatur, d. l. impuberibus, §. si non fraus, ff. de suspect. tutor. siuè socordie quæ dolo non æquiparatur, & tutor remotus ob has causas diuersimodè punitur; ideo circa hoc erit insistendum. Et quidem dico, quod prouenientes ex dolo secundum glo. in l. 1. §. fin. ff. de suspect. tutor. & tex. in d. §. nunc videamus sunt, si tutor grassatus in tutela sit, aut quid sordidè egerit, vel perniciose in pupillum, vel aliquid ex rebus pupillaribus effectus tutor intercæperit: & prima quidem est, si præsens alimenta denegauit pupillo tanquam inopi, cum res pupilli essent ad alimenta sufficientes, & de mendatio fuerit conuictus, §. sed si quis, inst. de suspect. tutor. vel latitauit ne decernentur, l. tutor, §. tutor, & l. impuberibus, §. præterea, ff. eodem, vbi practica obseruanda, Mont. cap. 36. num. 30. 31. & 32. & quod hoc casu grauiori pœna, quam infamia sit puniendus, dixit idem vbi supra * reg. 5. nu. 10. & 11. * adde Gutt. p. 2. cap. 3. num. 48. & sequ. & quod iudex ex officio remoueat tutorem, vt suspectum, quando alimenta pupillo præstare negligerit, idem num. 51. & 52. Amplia, quo ad remouendum
9 tantum in matre pupilli, cui nõ sunt deneganda alimenta, sicut nec filio. Benincasa in tract.

pau-

parpert. allegatus à Piagg. d.q. fin. num. 19. vbi ampliat quoq; in sorore pupilli, quæ nõ habet aliquid, vnde se alat, allegat l. tutor secundum dignitatem, §. fin. ff. de admin. tutor. Alexan. cons. 54. num. 7. vol. 2. Limitat idem, nisi tutor faceret paruas impensas, ne pupilli diuitias detegeret propter metum Tyrãni; cum enim id faciat bono zelo, & animo arguendus de suspecto non est, l. fin. C. de alimen. pupillo præstan.

Secunda causa est, si data pecunia tutelam redemerit, l. 1. §. solent, ff. de officio Præfect. Vrb. & l. in eos, ff. de tute. vbi quod hic non solum remouendus; sed Præfecto vrbi, vt puniatur, remittendus est, Ratioque ea dicitur esse, quia necesse est, vt, qui emit, vendat, nec sine iudicum pudore punietur is, qui quod emit vendit. Quis enim verebitur in suos conuertere vsus, quod suo emit impendio? cum ea, quæ emerit, vendere iuris gentium sit. Monta. c. 26. num. 53. & cap. 36. num. 14.

Tertia si inuentarium infra legitima tempora non confecerit, vel fecerit, & quid dolose omiserit l. 3. §. tutores, ff. de suspect. tutor. l. tutores, C. de admin. tut. l. tutor, qui repertorium ff. eodem, Roland. in tract. de inuentar. par. 1. q. 38. num. 5. Monta. cap. 36. nu. 18. & 19. Afflict. decis. 207. quo

10 quidem casu (licet regulariter quãdo suspectus postulatur cõiunctus pupillo, non debeat remoueri; sed ei curator adiungi l. si tutor, ff. de suspect. tutor. & maximè quando remouetur ob dolum, qui infamat. Montan. cap. 36. reg. 9. num. 16.) omnino debet remoueri, & ita decisum in S. Cons. dixit in matre, Afflict. d. decis. Monta. vbi supra num. 19. & quod sit grauius puniendus à Præfecto vrbi, idem Monta. c. 36. reg. 5. n. 13. Et in terminis d. l. si tutor quo pacto formetur libellus, vide Aret. in princ. num. 8. inst. de suspect. tutor. & hoc nisi iusta causa affuerit, de qua supra in rubrica. *Vel acceptans solemnia* num. 5. glo. in d. l. 3. quæ iusta causa potuit esse in eo, qui obtinuit in Magna Curia, vt tutelam exerceret facto prius inuentario, & satisdatione præstita, licet suspectus allegatus fuisset eo quia cęperat administrationem decreto iudicis, de quo in dec. de Franch. 394. vbi quid de expensis erogatis in hoc iuditio suspitionis an imputandę pupillo? & iusta causa fuit ignorantia iudicis, qui legitimam non debebat decernere tutelã, nisi facto inuentario, ac pręstita

11 satisdatione. Sed quid si ille tutor ante quam accusaretur suspectus inuentarium, vel alia solemnia non facta fecerit, an ex eo, quod tardauerit accu-

sari

fari poterit, & repelli ab agendo, & ab administrando? Et breuiter dicendum, quod cum iure cautum nō reperiatur infra quod tempus solemnia ista fieri debeant inuentario excepto, vt dicebamus d. rubr. Vel acceptans num. 2. ideo ante oppositionem factam ab accusare volente audiendus est tutor prædicta accusare volens, secus si post querelam suspitionis, & remotionis intentatę ob solemnia non facta, ea voluerit adimplere, quia non audiendus propter ius quæsitum pupillo prædicto, & quærelāti, vt per doctr. Bar. in d. l. tutor, qui repertorium ff. de admin. tutor. Capic. decis. 50. num. 3. Dec. cons. 274. num. 6. & Bellon. cons. 54. nu. 11. dixit Cauale. num. 20. plures refert, & sequitur Guttier. p. 2. cap. 18. num. 16.

Quarta, si pecuniam conuertere in emptionem prædiorum, vel deponere iussus à iudice recusarit, vel distulerit, d. l. 3. §. tutores ff. eodem, quo casu remouetur, & grauius puniendus remittitur Vrbi Pręfecto. Monta. cap. 36. reg. 5. num. 14. & cap. eodem in princ. num. 42. & 43. vbi quod etiam suspectus sit, si falsò suaserit alicui ne pupillo benefaceret, aut alijs modis, arg. l si legatarius, ff. de dolo malo, dat rationem, quia, qui impedit nobis bene fieri, is ex animo noster hostis est, & malus administrator.

Quinta si euidendi fraude bona pupillorum alienauerit d. l. in eos in fine ff. de tutelis, & l. 3. §. Seuerus, ff. de susp. tutor. puta in vnum potius alienando, quam in alium emptorem, vel non adhibitis ijs, de quibus supra rubr. proxima, vel pretium totum, vel in partem accipiendo, & ad vtilitatem suam conuertendo, glo. vbi supra. d. §. Seuerus, vbi dicit procedere etiam data licentia à testatore, quia attendenda est causa legitima venditionis, ex Bart. in l. in alio ff. de alimen. & cibarijs legat. ex Ang. cons. 75. & Alex. cons. 74. num. 2. & 3. lib. 7. Sic etiam, si pecuniam post administrationem, vel aliud ad proprios vsus animo lucrandi conuerterit, glo. vbi supra. Mont. cap. 36. num. 20. & quod atrocius puniatur etiam idem c. 36. reg. 5. num. 12.

Sexta, si in tutela aliorum pupillorum malè versatus sit quid agendo dolosè, vt quia ab ea alias remotus fuerit, d. l. 3. §. si autem ipse tutor.

Septima, si affectet administrationem bonorum pupilli, Corn. cons. 284. num. 8. lib. 3. Socc. iun. cons. 59. nu. 38. lib. 5. Piagg. num. 32.

Octaua, si non satisdederit cum debeat, glo. in l. suspectus ff. eodem, quod intelligas vt à suscipienda tutela remoueatur,

non

non suscepta Monta. c. 36. reg. 2. nu. 13. & 14. vbi dicebat iudicem posse arbitrari, & adiungere huic curatorem, l. pietatis C. eodem.

Nona, si pupillam ante tempus, & non condigno maritare voluerit, Boer. decis. 33. num. 100. Socc. cons. 193. num. 2. vol. 2. & allegati à Caualcan. num. 19.

Decima, si dolo pupillum ab hæreditate delata abstinere fecerit d.l.3.§.is tutor, qui Mōt. cap. 36. num. 10.

Vndecima, si vnus ex pluribus, non facta diuisione, administrationem contutori non communicauerit, l. actus, ff. de admin. tutor. Mont. c.36.n.34. Afflict. & Vrsill. ad eum decis. 207.

Duodecima, si nihil gesserit, vel gesserit, & dolo administrare cessauerit, l. 2. & 3. C. de suspect. tutor. l. hæ enim, §. fin. ff. eodem, quia cessatio peccatum est, * adde. Tutor enim ex quo sciuit se tutorem datum, & administrare cessat, suo periculo cessat, l. 1. §. 1. ff. de admin. tutor. & ad eum tutelæ periculum pertinet, l. quidā decedens §. fin. ff. eodem, ac indemnem pupillum præstare tenetur, l. qui iussus, vbi glo. & l. tutor, vel curator, vbi Bar. & l. si sciens, C. eod. tit. cum congestis per Guttier. p. 3. cap. 1. num. 102. dolo autem cessare dicitur, si sciens hoc munus demandatū sibi cesset, & adhuc prius admonitus à iudice, vt gerat pertinacius recuset, d. l. 2. Mont. cap. 36. num. 35. & reg. 4. nu. 10. & dicemus inferius vers. ad tertium deueniendo post n. 16.

12 Remotus vero tutor vti suspectus ex ijs causis, vel aliqua ipsarum, vltra quod quandoq; punitur corporaliter, vt dicebamus, efficitur infamis, §. suspectus il secondo, inst. de suspect. tutor. Guttier. p. 2. c.18.n.17. Et ad detegendam fraudē quod admittatur seruus pupillaris, dixit tex. in l.nihil ff. de suspect. tutor.

Prouenientes vero causæ ex culpa lata socordiè, quæ est idē, quod segnities, rusticitas, inertia, simplicitas, vel ineptia secundum tex. in l. 3. §. fin. ff. eodem, sunt infinitæ, quas enumerare satis tediosum esset, tamen paucas afferre curabo in medium, si illud dixero, quod qui ob has, vel earum aliquam remouetur, suspectus est non infamis d. §. suspectus *il secondo* ibi. *Qui ob culpam non æquè*, & l. hæ enim causæ ff. eodem etiā si esset lata culpa versutiè, q̄ non infamabit, licet æquipararetur dolo .s. ad finem remouendi, ita Bar. in l. 3. §. fi. ff. eod. & additio ad d. l. impub. §. si non fraus. * adde. Guttierez vbi supra num. 18. vbi quod æquipararetur dolo, quando infamia ipso iure in-

incurreretur ex Iaso. in l. actionibus num. 24. ff. de in litem iuran. & in dubio dicitur remotus ex causis in libello contentis num. 21. & quando plures .s. doli, & culpæ sunt causę expressæ in dubio ex culpa, & sic ex faciliori, & quod infamis non efficiatur, nisi per accusationē remotus fuerit, secus si alias idē num. 22.

Prima causa est si inimicus (quamuis hæc ad dolum referri possit) tutor pupillo effectus sit ex aliqua causa capitali, vel post constitutionem ipsius in testamento effectus sit inimicus parentibus pupilli reconciliatione non secuta, d. l. 3. §. si tutor inimicus Piagg. q. fin. num. 17. vbi quod si fratri pupilli erit inimicus tutor, an remoueatur iudicis arbitrio remittitur. Mont. cap. 36. nu. 4. & 5.

13 Secunda propter malos mores cum boni in tutore potissimum requirantur, non diuitiæ l. suspectum ff. eodem l. in postulando C. eodem de suspect. tutor. Piagg. vbi supra nu. 22.

Tertia si litigat cum pupillo tutor, & lis concernat vniuersam ipsius pupilli facultatem, vel maiorem partem arguit. l. propter litem ff. de excus. tut. Piagg. d. loco nu. 12. cum seq. cum enim tales litigiosi sint moribus dissoluti, & intemperantes, & propter mutationem morum suspitio, vt supra diximus, contingat, ideo remouendus, glo. in princip. 46. distinct. Piagg. loco citato nu. 13. limita in matre, & auia cum pupillo litigantibus, quæ propterea nō remouebuntur vti suspectę, Bald. Salyc. & alij in d. authen. matri, & auiæ, C. quando mulier, &c. Affl. decis. 207. Piagg. num. 15.

Quarta, si pupillo agenti in iudicio ex incuria non assistat, vel se se occultando retrahat d. l. impuberibus §. fin. vbi de cautela, Piagg. nu. 23.

Quinta, si negligens administrare cessauerit, nec monitus fuerit à iudice, vt gerat, vt differat à casu in præcedentibus posito, l. hæc enim, §. qui nihil gesserunt, ff. de suspect. tutor. Bar. in l. ita autem, §. gessisse per illum tex. nu. 3. ff. de adm. tutor. Ruyn. cons. 108. nu. 15. lib. 1. Piagg. num. 24. Monta. cap. 36. nu. 34. & reg. 3. nu. 11. & cap. 39. num. 22.

Sexta, si tutor fecit sibi à patre pupilli relinqui, quod erat pupillo relicturus; nam vltra quod remouebitur, ad duplum eum teneri notatur in l. Titio, ff. ad municipalem, Piagg. n. 31. vel si suaserit alicui, vt exclusis proprijs filijs, vel pupilli nepotibus institueret ipsum, in eo enim cadit sinistra suspitio, ac se se tutelæ ingereret, l. scire, §. cum reliquis, vbi Bar. ff. de tutor. & curat. datis ab ijs, Mōtan.

tan. cap. 36. num. 11.

Septima, si tutor propria abuti substantia incœperit, seu prodigaliter viuendo, imprudẽterq; bona dissipando ad inopiã vergat l. his, qui in fine, ff. de
14 tut. & curat. dat. ab ijs. Ratio est, quia qui sibi non parcit quo ad personam, & bona, minus alteri parcere creditur l. 3. §. fin. ff. de bonis eorum, qui mortem sib. consciuer. notatur per glo. in l. cum malus seruus, ff. de ædili edict. Mont. cap. 31. num. 7. & 8.

15 Octaua, & vltima est transitus ad secunda vota factus per matrem, l. 1. C. de secund. nupt. §. si quis autem in auth. eodem, Iodoc. cap. 5. num. 21. Ratioq; triplex affertur à Montan. c. 36. nu. 39. Prima est, ratio morum inhonestorum. Secunda ratio immutatæ affectionis, & Tertia præsumptæ de cætero dilapidationis, ita ex Bald. in cons. 96. lib. 4. Iodoc. cap. 5. num. 23. * Guttier. de tutel. p. 1. c. 8. n. 84. Tales enim immoderatæ fæminæ, plerumq; nouis maritis nõ tantum res filiorum, sed vitam quoque addicunt, Corn. cons. 113, num. 6. lib. 4. Boer. decis. 266. nu. 1. & 2. ac alij allegati à Monta. cap. 15. nu. 74. Piagg. vbi supra num. 28. Amplia adeo matrem ad secunda vota transeuntem remouendam esse vti suspectam à tutela filiorum, vt procedat etiam si sit tutrix testamentaria, & est magis communis opinio testibus. Boer. decis. 124. num. 12. & 266. nu. 4. ac relatis à Montan. c. 15. n. 75. * adde. Pluresq; adducit, & de magis comm. ex Ruyno, & alijs testatur Guttier. p. 1. cap. 9. nu. 16. & 17. Sub amplia primo etiam si testator maritus in testamẽto cauisset, vt esset tutrix, quandiu vixerit, non enim est attendenda hoc casu voluntas testatoris, qui si de secundis nuptijs cogitasset, non sic prouidisset Montan. cap. 37. reg. 2. num. 144. hinc si expresse cauisset, vt tutrix etiam si ad secundas conuolaret nuptias, tũc secus dicendum esse docuit per plura Vrsill. ad Afflict. dec. 281. num. 3. * adde. Verum per plures considerationes contrariũ astruit Guttier. p. 1. cap. 8. à num. 87. vsque ad finem capitis vbi à testatoris voluntate iudicem recedere debere conclusit. Secundo subamplia, vt si post secundæ nuptiæ soluantur morte viri, adhuc tutelam non reassumat amissam, ita Iodoc. de tutel. mune. cap. 9. num. 65. & ex Boer. d. decis. 266. num. 4. & pluribus alijs Monta. cap. 15. num. 77. Limita hanc subampliationem nõ procedere, quãdo non dũ de tutore filijs fuisset prouisum post transitum ad secunda vota, & ipsorum dissolutionem vt supra, vel quia non petitum, nec à iudice factum, aut

aut quia pupilli tutorem habere alium non potuerunt, Maran. in l. is potest num. 253. ff. de acquir. hæred. Boer. d. dec. 266. in fine, sequitur Monta. cap. 15. num. 77. & quod alijs etiam præferatur si iurat, & satisdat, ac sit diues, dixit Iodocus hoc casu cap. 5. num. 67. Secundo amplia in patre tutore filiorũ, vt per transitum ad secunda vota vti suspectus tutelã amittat Bald. in authen. eisdem col. pen. C. de secund. nupt. & in l. fœminæ, vbi etiam Bar. C. eodẽ, Castren. in l. mater. C. ad Sen. Consf. Treb. Alex. ac Salyc. allegati à Iodoco cap. 5. num. 27.
* adde. Et contrarium firmat Guttier. p. 1. cap. 9. num. 22. nempe hoc casu patrem ad secunda vota transeuntem filiorum tutelam non amittere, neq; bonorum eorumdem legitimã administrationem per tex. in l. generaliter ad finem, C. de secund. nupt. in l. fin. C. de bonis patern. & in §. si vero spectet vers. nam sic, & ille filios habẽs in auth. de nuptijs, & per doctr. Imolæ in l. ex facto ff. de vulg. & pupill. Cornei in l. iubemus n. 4. Fulgosij num. 6. C. ad S. Consf. Trebell. Boer. decis. 266. nu. 2. atq; plurium Hyspanorum, quã sententiam ipse quoq; sequor.
* Præmissa limita, * adde, non procedere in auia, quæ etiam per transitum ad nuptias post delatum ius tutelæ posset exercere tutelam, quia lex loquitur in matre tantum non in auia, & pœnalia non sunt extendenda, cap. odia de regul. iur. in 6. . . . . . . maxime quia in auia non considerantur par ratio, quæ in matre; vnde diuersum ius est statuendum, & ex vna ad aliam non inferendum vulg. l. Papinianus exuli, ff. de minor. Item limita in matrimonio contracto per verba de præsenti, secus autem in contracto per verba de futuro, in eo enim non procederent, & ita, quicquid Iodoc. cap. 15. n. 26. dixerit, ego teneo per decis. Afflict. 357. vbi num. 4. in hanc partem dixit S. Consf. inclinasse.
* Nouissimè Guttier. par. 1. d. cap. 9. num. 2. Sublimita hanc limitationem in tutela iam suscepta, secus in suscipienda; nã quo ad eam sufficiunt sponsalia de futuro ad matrem vti suspectam remouendum l. oratio, ff. de sponsal. l. si vxor ff. de adulter. l. non sinè, C. de bonis, quæ liberis, & sequutus est hãc opinionem Vrsil. ad Afflict. d. decis. num. 3.
* Guttier. loco citato, vers. nihilominus. Pariter in suscipienda sufficeret declaratio volũtatis matris, quod velit ad secunda vota transire, vt in Sylu. nupt. lib. 2. num. 56. & habetur per relatos ab Vrsil. ad Afflict. dec. 357. num. 3. nisi pœniteat, & d. decis. 281. adde,
* Et hic aduerte, quod si mater

hæc

hæc facta declaratione ad secũdas velit transire nuptias, adierit iudicem, & cum effectu filijs tutorem dari curauerit, etiam si inde mutato consilio non nuberet, tutelam amissam, alterq; decretam non recuperabit secundum Bald. & alios citatos à Guttier. par. 1. cap. 9. num. 3. quem ac alios allegans sequitur Boer decis. 266. n. 4. Amplientur præmissa secũdum Guttier. vbi supra num. 5. & seqq. procedere etiam contractis sponsalibus de præsenti per verba rerum consensum exprimentia coram parrocho, & testibus iuxta decretum Sacrosan. Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. etiam non secuta copula carnali, & ante eius traductionem ad domum viri: & contrarium sentientes improbat vsq; ad nu. 16. Dat tamen Piagg. vbi supra cautelam pro matre. vt offerat Principi preces, quod si non transierit, postea amissam tutelam reassumere eam posse dixerunt Boer. d. decis. 266. num. 5. & Affl. dec. 357. num. 3. & Misinger. obseruat. 83. relati à Mor.t. cap. 15. num. 77. * adde. Sequitur Gutt. loco citato num. 18. Sub ampliantur quoque præmissa in matre ad secundas nuptias non transeunte; sed luxuriosè viuente, vt adhuc filiorum tutelam, ac si secundas nuptias contraxisset, amittat l. fin. ibi, sed pudicitiam suam intactam conseruet C. quando mul. tutel. off. fung. potest. glo. in auth. sacramentum ver. à tutela C. eodem quam sequitur communis Doctorum schola. idem Bar. in l. si quis sub conditione num. 26. ff. de testam. tutela, ac cæteri innumeri quos adducit Guttier. d. cap. 9. num. 19. Secundo id, quod diximus, matrem, scilicet tutelam amittere per transitũ ad secunda vota, limita non extendi ad executionem testamenti mariti, ipsa enim executrix illius data, omnia in eo contenta exequetur secundis nuptijs ei non obstantibus, ita per plura Iodoc. de tut. mun. c. 5. num. 68. * adde. Sed consequenter videndum est ad quos spectet tutela matris ad secũda vota transeuntis, vel luxuriosè vt supra viuentis? Distinguit ex Bart. in d. auth. sacramentorum ex l. si quis sub conditione num. 27. Guttier. d. c. 9. n. 21. vt si mater ex abrupto ad secunda vota transeat, non adito iudice, nec facta alterius tutoris petitione, tunc tutori legitimo sit locus, & sic proximior agnatus, vel cognatus admittatur: quod si adierit iudicem, & declarauerit ad secundas velle transire nuptias, tunc sit locus datiuo iudicis arbitrio statuendo, vt superius satis, superq; est exaratum.

At pro complemento quæro an

an mater expulsa à filiorum tutela per transitum ad secunda vota, si vidua iterum effecta fuerit, filiorum tutelam reassumere possit? Specul. quem sequitur Guttier. d. cap. 9. n. 26. inquit, quod quoties pupillus alium tutorem non habet, vel habere potest, puta quia sint aliæ personæ suspectæ, quod rarò euenit, mater in subsidium admittetur, & Specul. sequitur Boer. decis. 266. col. fin. vers. quare alio modo. Hic autem admonendi sumus, ob præmissas causas, & earum singulas adeo remoueri debere tutorē, vt etiam si aliàs satisdare non teneatur, vt quia testamētarius, vel aliàs: & offerat satisdationē rem pupilli saluam fore, adhuc suspectus remouendus sit; nam melius est pupillum saluas res suas, quam cautionis tabulas habere d.l. suspectum; ratio est, quia satisdatio propositum tutoris maleuolum non mutat; sed diutius grassandi in re pupillari facultatem prestat l. quia satisdatio ff. eodem Mont. c. 36. reg. 6. in fine. Pariter annotandum est, quod iudex in decreto remotionis debet specificare causam, ob quam remouetur tutor, quod si prætermittat, in dubio propter culpam remotus censetur, & si culpa expressa est simpliciter, de culpa socordie cōmissa intelligitur, & ideo infamia notatus non dicetur, tex. est in l. hæ enim §. decreto ff. eodem, Monta. cap. 36. reg. 8. Ratioq; ponitur ab eodem n. 8. quia pęnæ sunt potius molliendæ, quam exasperandæ, l. penultima, ff. de pœnis, l. cum quidā ff de lib. & posth. cum similibus, & in pęnis benignior semper est facienda interpretatio cap. in pœnis de regul. iur. in 6. & id procedit etiam si accusatio esset instituta de dolo, vel lata culpa dolo proxima, Mont. vbi supra num. 15.

Ad tertium deueniendo dico quod tam ante, quam post administrationem remoueri potest tutor vti suspectus, ante quidem, si sciuit se datum tutorem, nec acceptauit, vel se se exscusauit, & citatus vt tutelam susciperet, & administraret, adhuc non gessit l. 3. C. eodem d. l. impuberibus in fine, ff. eodem. Aret. in §. suspectus il primo num. 1. Pariter si in alia tutela malè versatus sit d. l. 3. si
17 autem ipse tutor, ff. eodem de suspect. tut. & quidem antequā administret remouendus est ob solum dolum d. l. 3. C. & l. 3. §. fin. ff. eodem de suspect. tutor. Post vero administrationem remouetur, & facilius quidem ob dolum .s. & culpam: Ratio est, quia magis tunc delinquere dicitur tutor, plus enim delinquit, qui administrare incœpit, & malè administrat, quam qui nullo modo administrauit, l. cū

actum

actum ff. de negot. gestis, facit in arg. tex. in l. Iulianus, & l. si sterilis, §. cum per venditorem ff. de action. empti, glo. in d. §. suspectus il primo, inst. eodem
18 vbi quoq; Aret. Quando autem vnus ex pluribus datis tutoribus remouetur vti suspectus, an in locum illius alius à iudice sit subrogandus. Dicas, vt notauimus in excusato supra in rubrica. *Et vel se se excuset* num. 36. per tex. in l. si sub conditione, ff. de testam. tutela.

Vltimo pro compleměto rubricæ scire oportet, quod tutori accusato suspecto pendente accusationis, vel inquisionis cognitione administratio interdici, & alius in eius locum subrogari debet, §. si quis autem, inst. eodem, * adde, & sunt alia iura, & authoritates, de quibus per Guttier. par. 2. cap. 18. n. 10. Ideoq; cum eo postea quis agere non debet de rebus pupilli, quod intellige, vt per Caualc. num. 18. & 19. Ratio autem est iustus periculi metus, ne tutor suspecti iuditio irritatus non ex fide negotia gerat in graue pupilli damnum, l. si fideiussor, §. vltimo, ff. qui satisdar. cogant. nam lis parit ei dubitationem, l. sed & si §. si ante, ff. de petit. hæred. Monta. cap. 36. reg. 9. num. 1. qui licet num. 10. (& aduertas) dicat tutori postulato suspecto statim ipso iure interdici administrationem per l. eum quem, C. de suspect. tutor. & cons. Grati 44. nu. 12. lib. 1. & add. ad Porc. in d. §. suspectus, & per tex. in l. quod si forte §. 1. ff. de solut. vbi dicitur
19 *Non rectè soluere debitorem, qui sciēs suspectis postulatis soluat; nam ijs interim videtur interdicta administratio:* id tamen intelligas tu post litis contestationem, & sic post examen ipsius, vti principalis, & non ante; si actum est criminaliter. si vero ciuiliter ad remouendū, post actum qui sit ante datum terminum in causa. ideoq; ante litem contestatam, & datum terminum libere ei potest solui debitum pupillare, vt docuit Aret. in d. §. si quis, vbi refert Angelum, ita dixisse fuisse obtentum Perusij, secundum quē in casu fuisse iudicandum retulit Afflict. decis. 357. & in causa criminaliter agenda ego hanc munio partem ex ratione ab eo allegata .s. propter iustum metum, qui tunc incipit esse quando examinati sunt testes, ipse citatus, & examinatus, secus ante, cum fieri possit, quod intentata per solum libellum suspitio non fuerit probata, & de-
20 sistat accusans, & non probat hoc esse quod ad hoc contingit abesse facile, & frequenter, l. neq; natales, C. de probat. In ciuili vero competunt exceptiones dilatoriæ, ante quarum adimplementum esse potest, ꝙ

N desi-

desistat actor, & sic non sit, nec debeat esse meticulosus tutor. Nec obstat tex. in l. eum quem, quia potius pro nostra opinione facit. Nec etiam tex. in d. l. quod si forte, §. 1. quia dico, quod ille tex. loquitur in eo debitore, qui dolosè, & in gratiam tutoris soluerit, id quod innuit, illa dictio *sciens*, tunc enim antea, ipso iure videtur ei interdicta administratio. Secus vero in debitore bonæ fidei, qui soluendo ante litem contestatã tutori accusato suspecto liberabitur. Vnde iudex post litem contestatam, vel replicationem factam libello ciuiliter porrecto, vt, quia negauit omnia narrata, pro vt narrantur tutor. debet ei interdicere administrationem, si tutor administrare non cessat, & ei alium subrogare d. l. eum quem per cuius verba *abstinere ab administratione rerum suarum Præses prouincia iubebit* puto, id fieri posse per iudicem etiam ante, si sibi liberet, & ex causa induceretur ad hoc. Amplia præmissa in matre tutrice, & alia quauis coniuncta persona, vt per Gratum d. cons. 44. num. 12. & 13. vt ei possit administratio interdici, est tamen verum, quod nõ remouebuntur in totum vti suspectæ ab ipsa administratione, sed ei adiungendus est curator, vt eorum famæ parcatur, vt superius nu. 10. dicebamus, adde. Guttier. autem par. 2. cap. 18. num. 11. intelligit in suspitione deboli, & parui momenti, & docet de communi ex Caualc. num. 19. & quod non facere inuentarium, bona dilapidare, maritare pupillam ante tẽpus, vel non digno sin causæ graues etiam in matre, & auia, vt in totum remoueantur ex Afflict. d. decis. 207. Boer. & alijs de quibus idem num. 12. Nisi contrarium Statuto, quale Bononiæ est, caueatur, refert Gratus d. cons. & Monta. vbi supra reg.
219. in fine. Huiusmodi autem cognitio, & accusatio morte tutoris, & tutelæ fine terminatur .s. pupillorum pubertate, §. sed si suspecti, inst. eodem, l. 3. §. quæri ff. eodem de susp. tut. Ratio in primo casu est, quia frustra agitur in remouendo eum, quem mors remouit. in secundo, quia cum tutelæ actio incipit, suspecti iuditium cessat, d. l. 3. §. quæri, glo. in d. §. si suspecti cum similibus, quia actio tutelæ cum postulatione suspecti non concurrunt, vt plenè docuit Monta. cap. 36. reg. 10. in fine. Hæc pro rubrica, & secunda operis parte sint satis. Ioannes Paulus Galterius V. I. Doctor.

TERTIA, & VLTIMA

Pars Principalis.

In hac Tertia,& Vltima Parte videndum est de actibus,qui faciendi sunt à die tutelæ finitæ, vsq; ad absolutionem ab administratione gesta inclusiue, quæ tribus sequentibus Rubricis terminabitur.

Tutela inde completa. Rubrica prima.

SVMMARIVM.

1 *IN natura operibus consideratur Ingressus,Progressus, & Egressus siue finis.*

2 *Tutela quo pacto finiatur ob crimen pupilli.*

3 *Mors tutoris an, & quando faciat tutela finem.*

4 *Tutela an finiatur tutore effecto, Episcopo, vel Monacho?*

5 *Pupillo absq; proximis defuncto intestato fiscus, an tutor succedat?*

6 *Conditionis aduentus tutorem testamentarium desinere facit.*

7 *An, & quando pupilli, vel tutoris capitis deminutione, & qua desinat tutela.*

8 *Sublata est hodie differentia agnationis, & cognationis.*

9 *Pubertate pupilli tutela finitur.*

10 *Permissum ad tempus post tempus probibitum esse censetur.*

11 *Volũtas testatoris veluti regina in testamento est seruanda.*

12 *Finitur tutela causa iusta, & ea quæ sit remissiua.*

1 IN quislibet naturę operibus cõsideratur Ingressus,Progressus, & Egressus seu finis. Sic in artibus, & actibus cuiusque, & quo ad nos in tutela Ingressus tutelaris tractationis est vsque ad administrationẽ exclusiuè. Progressus est in ipsa administratione, Egressus vero, & finis procedit (cum huc vsq; visum sit de primis duobus) ex multis, quę dicuntur ijs versibus comprehendi.

Suspitio, Crimen, Mors, Conditio, Status, Aetas,
Tempus, Causa solent tutelæ imponere metas.

Suspitione tutoris quo pacto tutela finiatur quoniam satis, atq; satis præcedenti rubrica dictum est; idcirco nonc conticescam,

2 Secundum causam aggrediendo dico, quod finitur tutela propter crimẽ pupilli, ob quod deportetur, vel in metallum damnetur §. item finitur, inst. quibus modis tutela finitur;pupillus enim præter adulterium (vt in l.auxilium,§.in delictis ff. de minoribus, vbi notatur)omne delictum patrare potest, dũ tamen sit pubertati proximus, iuxta notata in l. si arrogator ff. de adoption. & in l. excipiũtur ff. ad S. Consf. Syllan. & pubertati proximus dicitur masculus à decimo anno cum dimidio, vsq; ad decimum quartum, & fœmina à nono cum dimidio, vsq; ad duodecimum glo. in l. pupillus, & l. 1. ff. de reg. iuris, & in §. pupillus, inst. de inutil. stipulat.alias si infans idest, vsque ad septem annos, vel infantię proximus, idest à septem annis supra vsq; ad nonum cum dimidio in fœmina, vel decimum cum dimidio in masculo ex delicto non teneretur l, infans, ff. ad l. Cornel. de sicar. cum similibus, ita Areti. d. §. finitur num. 2. Non tamen sum nescius, quod quidam eum dixerunt proximum pubertati, qui habet sex menses minus annis quatuordecim, vel duodecim per tex. in l.non tantum,ff. de excusat. tutor. & infantiæ proximum, qui excessit infantiam per semestre, vt per Zasiũ in tractatu de Iudæis quæst. 2. allegatum à Monta.cap.5.n.30. sed à priori opinione, quam communem dicit, recedendum non esse putat idem num. 32.

3 Tertio finitur tutela morte, dicas tu siue tutoris,siue pupilli §. simili modo,inst. eodem quibus modis tutel. finitur, l. nisi finita, §. final. ff. de tutelæ, & ration. distrah. Mors enim omnia soluit, §. deinceps in auth. de nuptijs. Piagg. q. fin. num. 5. Monta. cap. 27. reg. 2. nu. 110. & 129. Intellige in tutore, quoties esset vnus tutor, secus si cũ alio, eo enim mortuo alter superstes administrabit, quia insolidum datus censetur, l. 2. C. de diuidenda tutel. nisi tamen in locum mortui alius dari petitus fuerit, nam id fieri posse dixit Iureconsf. in l. si quis sub conditione, §. planè, ff. de test. 4 tute. Quod si tutor effectus fuerit Episcopus, vel Monacus, an desinat tutela? Aret. in d. §. simili modo tenet, quod sic de iure ciuili, allegat tex. in auth. Presbyteros C. de Episcop. & Cleric. Specul. in tit.de tutore, §. generaliter vers. sed pone.

Sed Quæro quid si mortuus est pupillus, absq; filijs, & hæredibus ab intestato venientibus, an tutor, vel fiscus, succedere

debeat? Glossa in l. qui tutelam
5 ff. de reg. iuris, tenet quod tutor succedat. Bar. vero in d. l. contra opinatur: & quoniam vtraque doctorum authoritatibus fulcta est, Cavalc. nu. 330. & Monta num. 115. vbi supra diuidi debere hæreditatem inter eos putant. In Regno autem Neapolitano cũ habeamus cõstitut. Dohanæ de secretis, de officio secreti, quod bona vacãtia sunt fisci, vix obtineres contra Bartolum.

6 Quarto finitur tutela adueniente conditione, puta si testator dederit tutorem in testamento Titium, & si nauis ex Asia venerit dederit Seium, tũc existente, & adueniente ea conditione Titij tutela finietur, §. ad certum, inst. qui testam. tut. Monta. cap. 37. reg. 2. nu. 153. & sequ. quod est verum in casu præmisso .s. in tutore testamentario, in alijs verò procedit tex. in l. actus, legitimi, ff. de reg. iuris, & tetigimus supra in 2. primæ partis rubrica n. 15.

Quinto finitur tutela pupilli, siuè tutoris captis deminutione, hoc est status mutatione al-
7 terutrius, & quo ad tutorem tutela finitur maxima, & media capitis ipsius deminutione, maxima quidem ea ratione, quia cum per eam inducatur seruitus, §. 1. inst. de capit. diminut. & tutela sit potestas in capite libero, inst. de tutelis in principio, & non seruili, eaque seruus fungi non possit, l. cum prætor, ff. de iuditijs, sequitur, quod tutor effectus seruus tutelæ finem faciat. In media, quia cum per eam ciuitatis Romanæ amittãtur iura, inter quæ est tutela §. 1. inst. de tutelis, ibi, *Iure ciuilis data*, ideo si capitè minutus sit tutor maxima, & media capitis deminutione quo ad ipsum tutela finitur. Montan. vbi supra num. 118. Minima autem capitis deminutione, per quam iura agnationis tolluntur non finitur tutela alterius generis, quam legitima, & ratio diuersitatis dicitur esse, quia cum per minimam capitis deminutionem, & sic arrogationem quis efficiatur filius familias, adhuc tamen tutor esse non prohibetur, §. 1. inst. Qui testam. tutor. & dixi sup. rubr. *Vt personam suam inspiciat* num. 2. & 3. cum vero transeat de vna in aliam familiã, & amittat agnationis iura, quibus attentis legitima defertur successio, atque tutela §. fin. inst. de legit. agn. tutela, ipsum quoque tutelę ius amitti, atque finiri dicendum est, id vero non procedit de iure authen. quo cũ sublata fuerit differentia agnationis, & cognationis, §. his in auth. de hęred. ab intest. venient. coll. 9. & tam agnati, quam cognati ad successionem vocentur, dicendum quod nec à tutela legiti-

ma repellatur agnatus minima capitis deminutione, ita Mont. cap. 37. reg. 2. num. 127. Quo ad pupillum finitur, tutela omni capitis deminutione, §. simili modo, inst. quibus mod. tut. finitur, Monta. vbi supra n. 103. & 105. Hic autem aduertendũ est, quod dum quis se dat in arrogationem, debet accedere consensus omnium tutorum, si plures existant, secus nullius esset roboris arrogatio, l. fin. C. de auth. præstanda. Mont. c. 37. reg. 2. num. 101. Est tamen verum, quod si pupillus captus sit ab hostibus, tutore statim desinente dabitur curator bonis illius captiui, l. ab hostibus in princ. ff. ex quibus cau. maior. glo. in l. curatoris. C. de captiuis: Non sic tutore capto; nam interim prouidẽdum est pupillo de Attiliano tutore §. ab hostibus, inst. de Attil. tutor. Ratio diuersitatis est, quia pupillus captiuus nõ indiget tutore, qui datur principaliter personæ liberæ, & sui iuris, sed curatore, qui rebus prouideat: captiuo vero tutore pupillus domi manens indiget tutore, & ideo lex assignauit Attilianũ, quia spes est de primo, qui reuersus tutelam reaccipiet Piagg. q. fin. n. 3. Mont. vbi supra nu 140. & 141. Et quod finiatur tutela exilio perpetuo tutoris, est tex. in l. tutor peritus cum l. sequenti, vbi glo. ff. de excus. tutor. secus si exiliũ esset tẽporale, qa dũ ius esset curator Mõt. supra n. 128.

9 Sexto finitur tutela ætate; cum primum enim masculus finierit decimum quartum annum, & fœmina duodecimum, finiri tutela dicitur, §. Inst. quib. mod. tut. finitur l. 1. C. quando tut. vel cur. esse desijt. Monta. cap. 37. in princ. vbi ampliat in actore à tutore constituto, in curatore ei adiũcto, & affert rationem, cur minor ætas requiratur in fæmina, quam in masculo num. 26. vbi quod in signum pubertatis pueris alias capillatis comæ præcidebantur, & aris Dei alicuius consecrabantur, & quod sufficiat vltimum decimiquarti, vel duodecimi anni diem attigisse, docet, * adde. Iuxta quæ subiungo quæstionem, quod si tutor finita pubertate vendiderit fructus de bonis pupillæ, an valeat venditio? & licet pro tutore videatur tex. in l. si tutor post pubertatem, ff. de tutel. & ration. distrah. Tamen facit in aduersũ tex. in l. si is, qui pro tutore, ff. de eo, qui pro tutore. Secundum quem dixit decisum Dominus de Franch. in S. Consilio decis. 580. nempe vindemiam venditam ab olim tutore consignari pupillæ, seu puberi, quæ erat domina, & possidebat, & dedit terminum in causa. Verum quod non finiatur tutela quoad causas cœptas ante pubertatem, sed

eas

eas teneatur prosequi tutor vsque ad finem, alias facit litem suam, est tex. in l. vnica, C. vt causæ post puberta. tuto. adsit, ratione de qua Montan. vbi supra nu. 74. nisi dari curatorem procuret pupillo, & administrationem decerni, & transferri studeat, l. tutores, §. patruus, ff. de admin. tutor. Aret. §. fi. inst. quib. mod. tut. finit. * adde Piagg. q. 19. num. 10. Caualc. num. 330. Guttier. p. 2. cap. 19. num. 1. qui num. 2. asserit, quod si tutor rationem reddiderit, ac instrumenta, & iura restituerit, litem cęptam perficere non cogitur, l. ita autem, §. fin. ff. de admin. tutor. Sed tantum agetur petente aduersario non autem adulto, l. creditor, §. fin. ff. de appellat. per quæ ita Surdus cons. 57. num. 17. lib. 1. & sic finita tutela, vel cura nouas causas agere nequit, & agēs repelletur, vt decisum cōstat in cons. Delphinali apud Fran. Marcum decis. 99. ad finem in 2. par. sicut nec conuenitur, vt ex Specul. & d. Fran. Marco in decis. 515. 2. p. num. 1. Guttier. vbi supra num. 4. censuit. Et si tutor post pubertatem in administratione perseuerauerit tutelæ actione totius temporis rationem præstare tenetur. Si vero non se immiscuerit, sequentis temporis periculum ad eum non pertinebit, l. tutor post pubertatem la seconda, vbi Docto. C. arbitr. tutelæ, Guttier. vbi supra n. 22. & sic cōnexa veniunt in iuditiō tutelæ, alia vero in quibus perseuerauerit post pubertatem, in actione negotiorum gestorum venient, l. si tutor post vbi glo. 2. ff. de tutel. & ration. distrah. cætera ad hanc rem pertinētia nos dicemus infra rubr. prima num. 20. & 21. vbi plura in medium afferemus ex Monta. d. c. 37. num. 81. Quid autem dicendum sit, si plures sint pupilli diuersæ ætatis, quorum tutelę administrationem quis gesserit, an altero effecto pubere cæteris pupillis existentibus, & petente non solum ratam, & portionem suam rerum extantium; sed rationē administrationis pro quota parte, ad id teneatur tutor, vel expectanda sit omnium pubertas? Dicas, vt infra rubrica 1. num. 57.

Septimo finitur tempore, puta si datus est tutor ad certū tempus, vsque .s. ad Pascha, finito eo tempore per aduentū, dicetur tutela finita, d. §. ad certum, inst. qui testam. tutor. idque procedit in testamenta-
10 rio, & ratio est, quia permissum ad tempus post id cēsetur prohibitum, l. si ita, ff. de vulg. & pupill. & limitata causa limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acquir. rerum dom.
11 & volūtas testatoris veluti regina, & domina, atq; regulatrix in testamento est seruanda, l. in

conditionibus primum locum, ff. de conditio. & demon. §. disponat in auth. de nuptijs, Mót. vbi supra reg. 2. num. 153. vsq; ad 161.

12 Octauo, & vltimo tutela finitur causa, & causa est, quando quis habet iustam excusationẽ; at quoniam de hoc satis, superq; supra in rubrica. *Et vel se se excuset* per totam diximus, ideo vlterius non progrediar, sed huic rubricæ finem facio. Ioannes Paulus Galterius V. I. D.

Rationem reddat, & reliqua. Rubr. Secunda.

SVMMARIVM.

1 *QVilibet administrator rationem suæ administrationis reddere tenetur cum fallentijs, n 4.*

2 *Quod ratio reddatur administrationis est clari iuris, ideoque super eo non cadit compromissum vigore statuti.*

3 *Rationum redditio duo continet factum, & dationẽ, importatque ea, de quibus num. 23. & 50.*

5 *Cautela nõ potest tradi quin administrationis ratio reddatur.*

6 *Dolus futurus non potest remitti.*

7 *Testatoris remissio, & legatum factum tutori de omni eo, ad quod tutelæ contemplatione condemnãdus esset, quid importet.*

8 *Tutor absens, & alterius loci, vbi teneatur reddere administrationis rationẽ.*

9 *Pro administratione tutelæ bona tutoris, & cuiuscunq; administratoris sunt tacitè hypotecata cum ampl. & limit. & hypoteca inducitur à die, quo incæpit administrare num. 11.*

10 *Bona secundi viri sunt tacitè hypotecata pro administratione tutelæ, quam eius vxor mater pupilli gessit.*

11 *Actio de rationibus distrahendis quid importet, & non datur contra hæredes num. 12.*

13 *Actio tutelæ competit pupillo, eiusq; hæredibus, contra tutorem, eiusque hæredes, vsq; ad annos triginta.*

14 *Practica seruanda per puberem petentem sibi reddi administrationis rationẽ.*

15 *Curator, an & quando, quæue solemnia adimpleat, & Forma decretationis n. 16.*

17 *Mater filiorũ curatrix esse potest.*

18 *Plures si fuerint tutores, quo pacto tenebuntur, & quo*

47 Di-

1 INdubitata est iuris regula, quod quicunque aliquam suscipit administrationem ad rationis redditionem tenetur, iuxta illud Lucæ in Euangelio cap. 16. *Redde rationem villicationis tuæ*, & habetur in cap. qualiter, & quando il secondo de accusation. Socc. cons. 73. vol. 1. in princ. Hinc descendit, quod tutor administrationis suæ rationem reddere compellendus est, §. fin. inst. de Attil. l. 1. §. officio, ff. de tute. & ration. distrah. quæ rationum redditio finita tutela regulariter facienda est, l. 2. C. de admin. tut. Iodoc. in patrocinio pupillorum de tutorum ratione cap. 1. num. 16. Mont. cap. 38. in princ. Et quia est ar-
2 ticulus iuris, & clarus sequitur, quod non valet compromissum factum super eo, an scilicet reddenda, vel non reddenda sit ratio. Hypp. sing. 467. num. 8. & Pragm. Odia quæ inter coniunctos de arbitr. clare demōstrat.
3 Et redditio rationum continet
* duo scilicet factum, * adde, videlicet rationem iustas cautiones, instrumentaque actus sui exhibere. & rationes legendas, percunctandas, & dispingendas, ac excutendas offerre.

Et

Et dationem, ideſt reliqua ſoluere minori, quia ab ea peruenitur ad dandum, & reſtituendum pecuniam, reliqua enim reddi oportet, iuxta notabilem tex. in l. cum ſeruus, verſ. ita enim incipit, ff. de cond. & demonſt. * adde, l. qui ſub conditione, ff. de condit. & demonſt. l. ſi ſtatu liber, §. fin. ff. de ſtatu lib. & l. ſi ita fuerit la prima, §. quæſtio hæc, ff. de manumiſſis teſtamento. Reliquornm enim illatiſq; perſolutio omnino eſt annexa redditioni rationum, vt hæ aliter redditæ non videantur, l. non ſolum §. is, qui reddere ff. de libera. lega. cum ſimilibus adductis à Montano cap. 38. num. 14. & 15. Bald. tamen in l. cum teſtamento, C. de manumiſſ. teſtam. quatuor conſtituere rationum redditionem aſſeruit, nẽpe codices edi, calculum poni, reliqua reddi, & culpam ſolutione purgare, ſequitur Iaſſoni in conſ. 235. num. 15. lib. 3. & 273. nu. 15. eod. lib. & conſ. 100. lib. 4. refert Guttier. vbi ſupra num. 69. Afflict. deciſ. 157. vbi ꝙ tranſacta in rem iudicatam ſententia, qua quis condemnatus eſt ad rationem reddendam, poſſit eadem executioni demandari, quod ad reliqua, quæ ex introitu, & exitu apparebunt liquida, & non inficiarentur per partẽ, & ibi per Vrſillum. Dixi quicunque, * adde. Et licet clericus tutor, vel curator per iudicem laicum capi nequeat, tamen ad requiſitionem iudicis ſecularis per Eccleſiaſticum etiam de perſona, & per excõmunicationis ſententiam capi, & cogi debet, vt rationem reddat, Guttier. p. 3. cap. 1. nu. 9. Amplia in protutore l. prima ff. de eo, qui pro tut. per totum Guttier. vbi ſupra num. 8. Amplia in eo, qui de facto, & prætermiſſo iuris ordine bonorum pupilli adminiſtrationem aſſũpſit, per plura Guttier. nu. 10. Amplia in adminiſtrante cum mandato, vel ſine. clemen. 2. §. illi etiam de religio. domibus, & in l. ſi procuratorem, §. 1. ff. mandati cum ſimilibus adductis per Guttier. vbi ſupra num. 11. Amplia in matre, & patre in bonis in quibus non eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij Guttier. loco cit. n. 21. 23. & 24.

Item dixi quicunque, vt intelligam idem procedere in curatore ad lites, & bona, & in quocunq; adminiſtratore, vel negotiorum geſtore, vt notatur in l. aduerſus, & l. rationes, C. de adm. tutor. dixit Socc. conſ. 46. lib. 1. & 213. num. 1. vbi ampliat in alijs, Iodoc. loco cit. num. 10. * adde Guttier. vbi ſupra num. 12. 13. & 16. Item in fratre adminiſtratore, & tutore Bald. in conſ. incip. In nomine Domini. quo ad primũ

Socc.

Socc. vbi supra num. 2. Iodoc. num. 20. Monta.num.64. Guttier. num 16. & 20. Item in filio curatore, vel alias administratore bonorum patris viuentis, licet rationum redditionē non petierit Abbat consl. 12. in 6. dubio. argu. l. cum oportet. vers. sed si hoc specificè, C. de bonis, quæ liber. Mars. sing. 493. Socc. cons. 92. lib. 4. & communem dicit Pinellus in l. 1. par. 2. num. 39. C. de bonis matern. Monta. vbi supra num 54. Guttier. num. 20. Ab eo tamen non est exigenda ita stricta ratio, sicut ab extraneis, Socc. vbi su-
4 pra, Monta. num. 68. Limita in patre administrante bona aduentitia filij d. l. cum oportet, §. non autem, & §. fin. vbi glo. Bar. & Bald. non enim tenetur de ijs, quæ culpabiliter gessit. Sublimita non procedere in his quæ fraudulenter, & dolosè pater gessit, nam tenebitur pater reddere rationem, vt habetur in l. Imperator, ff. ad Sen. Consl. Trebell. & est magis communis opinio Socc. teste in consl. 34. 1. volum. Negusan. de pignor. 4. memb. 2. p. num. 14. Sublimita quoque non procedere in ijs bonis in quibus patri vsusfructus non quæritur Bar. in l. fin. §. 1. ff. de verb. obliga. Bal. in d. l. cum oportet, §. fin. Socc. loco cit. & Negusan. vbi supra num. 15.

Adeo autem prædicti, & maxime tutor teneatur reddere administrationis rationem,
* adde, teneatur vsq; ad triginta annos per notata in l. maxime, ff. de admin. tutor. & in l. aduersus, vbi glo. & Bald. C. de negot. gest. Boer. decis. 59. in princ. Caualc. num. 202. Gutt.
5 num. 27. p. 3. cap. 1. & non possit tradi cautela, vt eius redditio effugiatur; hinc est, quod etiam si testator testamēto cauerit, vt tutor rationem administrationis reddere non teneatur, & sic eum analogistam esse voluerit, vt in tex. l. quidam decedens, ff. de adminis. tutor. adhuc tenebitur. Iason in l. actione C. de transact. vel etiam si dispośuerit quouis modo non molestari, & inquietari Iodoc. de tutor. ration. cap. 3. nu. 41.
* Guttier. p. 3. cap. 1. num. 32. & hoc mandatum id solum operabitur, vt tutor scrupulosam rationem reddere non teneatur, Barb. consl. 4. vol. 4. Iason consl. 14. lib. 3. & negligentiæ non sit obnoxius, adde
* Guttier. p. 2. cap. 1. num. 125. nec tenebitur pro rebus deperditis, vel consumptis ex negligentia, vel culpa leui, & leuissima Guttier. loco cit. num. 32. circa medium, sed quo ad dolū, qui esset, vel futurus esset in tutore, & ad restitutionem reli-
6 quorum nihil operari, ex quo dolus futurus remitti nequit, ne delinquendi, & pupillos excoriandi

riandi materia detur, Piagg. dixit qu. 19. num. 2. & 3. Viuius commu. opin. 1006. Papien. in practica libello, quo agitur ad redden. ration. tutelæ glo. analogistas fol. 268. Arnonns cautela 101. in fine operis, Iodoc. de tut. ratio. cap. 3. num. 28. cum sequ. vbi de ratione, idem de liberat. tutor. cap. 2. nu. 47.
* Couarru. citatus à Guttier. p. 3, cap. 1. num. 41. Mont. cap. 38. num. 26. & 36. & num. 31. quo ad reliqua ampliat in matre tutrice, ex Bald. & Alex. & inde ex Menocch. de arbitr. iudicum lib. 2. cent. 3. casu 209. n. 26. & 27. refert id in patre, matre, & patruo relinqui arbitrio iudicis.
* adde. Et circa hoc vide etiam plurima per eundem Menocch. lib. 4. præsump. 164. per totam vbi de pluribus ampliat. & limitat. & Fab. de Anna cons. 115. à num. 24. vsq; ad 38. Nec mihi probatur cautela, quam tradit vbi supra Piagg. vt scilicet testator leget quicquid apparuerit eum fore debitorem ex administratione, quia per eam induceretur quædam indirecta doli futuri remissio, quæ in vltima voluntate non valet quo ad futura, licet quo ad præterita extendatur, ita Dilectus de arte testan. in tit. de tut. caut. 2. Iodoc. de tut. rat. cap. 3. n. 32. & seq. vbi de rationibus, Mont. ex Gallis Paris. ad Alex. cons. 54. num. 5. lib. 2. & §. 6. glo. 6. nu. 20. in Consuetud. Parisien.
* adde. Guttier. vbi supra nu. 32. Menoch. d. præsumpt. num. 7. & 8. Fab. de Anna d. cons. num. 24. & seq. vbi quo pacto cautum sit tutori, & bene distinguit, datur tamen casus in patre tutore relicto à filio suorum filiorum, vt relicta liberatione ab actione tutelæ non teneatur reliqua restituere ob præsumptum affectum, hic est tex. in l. aurelius §. titius ff. de libera. legata; idemque in socero, patruo relicto tutore a nepote, & matre tradit Guttier. par. 3. cap. 1. num. 34. in extraneis vero secus dicendum est, vt teneantur reliqua penes eum existentia restituere l. creditori §. titiũ tutelæ ff. de libera. lega. melior tex. in d. l. aurelius §. matria ff. eodem Guttier. nu. 34. remissa vero an censeantur extraneis si concipiatur sermo, vt in l. si quis rationes vers. quod si quis in fine ff. de lib. lega. vel sub alijs formulis traditis per Couarru. lib. 2. variar. resol. cap. 14. num. 2. vide per Guttier. vbi supra a num. 36. ad 39. & quid quando fuerit sibi factum legatum à testatore, vt supra, & tutelam non administrauerit praecedente decreto iudicis; sed de facto idem Guttier. loco cit. nu. 48.
7 Verum, quod hoc casu non teneatur tutor ex eo, quod ex pecunia pupilli non emerit prædia, nec contra eum in litem

iure-

iuretur; sed solum eateaus teneatur, quatenus locupletior factus est, dixit Dec. cons. 178. per tex. in l si quis ratione, ff. de liber. leg. Angel. cons. 144. Corn. cons. 313. 1. vol. retulit, sequutusq; est Montan. cap. 32. reg. 9. nu. 204 * Guttier. p. 3. cap. 1. num. 45. & sic de negligentia (vt diximus) non tenebitur. Iodoc. de tut. liberat. c. 2. nnm. 40. Guttier. p. 1. c. 8. n. 54. Pariter si legata est liberatio ipsi tutori circa omnia ea, quæ de consilio matris pupillorum, & vxoris suæ administrauerit, quod tutor possit si velit sequi, vel non sequi consilium illius, & administrationem gerere, nec officium illius propterea dicatur in aliquo deminutum, & liberatio inualida, dixit tex. notab. in dicta l. quidam, §. Papinianus ff. de administr. tutor. * adde. ex Guttier. d. par. 3. cap. 1. num. 125. rationes reddere debet in loco, vbi administratio facta est l. 1. & 2. C. vbi de ratioc. agi oport. l. prętor §. is etiam ff. de edendo l. hæres absens §. 1. ff. de vid. cum alijs adductis per ipsum quē videto,

8 Tutor autem absens, & vnius loci tenetur venire ad rendendum rationem in locum pupilli expensis eiusdē, non suis. Petrus Anchar. q. 62. 2. par. si citra dolum esset absens, alias secus, Caualc. num. 203. & hoc procedit quando voluntariè vult reddere rationem, * Guttier. p. 3 cap. 1. num. 126. quod si nolit, tunc coram iudice suo cogitur, * adde. Tu vero circa hoc vide annotata ab addēte ad Bellugam in Speculo Principū rubr. 11. §. visum est lit. A. in 5. limitat. & pupillus habens plures tutores à quibus petit pubes rationem, debet adire Prouinciæ Præsidem, vt destinet iudicem, coram quo conueniātur omnes, ne ipsius causæ continentia diuidatur, l. omnes tutores, C. arbitr. tutelæ cum similibus, Papiens. in d. libello in glo. debitam rationem nu 4. fol. 469. in libro meo. Et quidem pro administratione tute-

9 læ, & rationis redditione bona tutoris, & curatoris sunt tacitè hypotecata, l. pro officio C. de admin. tut. Bal. in l. properandum §. si vero num. 2. C. de iudit. Iason in l. si constante num. 222. ff. soluto matrim. & alij quos allegat Piagg. q. 19. num. 18. Negus. de pignor. loco citato num. 7. Caualc. n. 225. * Guttier. p. 2. cap. 16. in princ. Montan. cap. 31. effectu 2. in principio, & quod fuerit inducta hæc hypoteca de iure Digestorum num. 19. Amplia in protutore idest eo, qui cum nō esset, gessit se pro tutore, glo. in d. l. pro officio, quam ibi Bald. dicit non esse alibi, quæ glo. allegat l. dabimus, §. 1. ff de priuileg. credit. vbi glo. & Bart.

idem

idem tenēt, sequuntur Socc. cōs. 85. viso cōpromisso 1. vol. Mōt. vbi sup. nu. 12. Neguf. loco cit. * adde. innumeros affert Guttie. & sequitur q. 2. cap. 16. nu. 13 & cap. 17. num. 17. & ampliat num. 16. in mulieribus protutricibus d. l. 1. C. de eo, qui pro tuto. & quod minori agenti aduersus protutorem eadem cōcedantur priuilegia, quæ aduer-uersus tutorem dantur, docet num. 18. ex l. dabimus §. 1. vbi glo. ff. de priuileg. credito. quod vero is inuentarium, & librum rationum conficere teneatur alias in dolo præsumatur num. 19. & quod si protutor deposuit bona pupilli apud tertium recepta scriptura ab eo de illis sibi, vel pupillo reddendis, depositarius protutori assignans liberatur adeo, quod pupillus factus maior nequit contra eum agere, asserit decisum Afflict. decis. 147. Guttier. nu. 20. & 21. censuit quod legatum factum alicui vt tutori, non debeatur si is administrat non vti tutor; sed vti negotiorum gestor, licet sit coniunctus ex Alex. cons. 102. col. fin. & Decio cons. 178. num. 3. Amplia secundo in curatore dato ad litem, cuius, & fideiussorum bona sunt tacitè obligata sicut tutoris, & curatoris generalis, l. properandum §. fin. vbi Docto. notant, C. de iuditijs, Montan. * vbi supra num. 14. * Negusan. loco citato num. 8. quem cum alijs refert, & sequitur Guttier. vbi supra num. 16. Amplia tertio in actoribus datis ab ipsius tutoribus, & curatoribus Bar. in l. actor. ff. rem ratam habe. * adde. Neguf. de pignor. vbi supra 4. membro. 2. par. num. 9. quem refert, sequiturq; Guttie. loco prædicto num. 15. etiam si tutores constituentes solemnia * non impleuerint, * Capic. dec. 129. num. 3. & alij, quos citat, & sequitur Guttier. vbi supra num. 2. Montan. vbi supra n. 16. quod limitat in actore dato à iudice, vt inferius dicetur. Amplia tertio d. l. pro officio, & in ea disposita procedere non solū pro malè administratis; sed etiā pro neglectis per ipsos tutores, & alios nominatos, vt ibi per Cynum, Bar. Bal. & Salyc. Mont. dicto cap. 31. effectu 2. num. 3. * Et plures citat Guttier. par. 2. cap. 16. num. 3. Amplia quarto in matre tutrice, l. si mater C. in quib. cau. Pign. taci. contr. * Dec. cons. 591. * adde, Socc. cons. 126. num. 1. & seq. vol. 1. Decius cons. 349. col. fin. & alij adducti per Guttier. p. 2. c. 16. num. 14. Subampliat præmissa quoad administrationē matris tutricis, vt non tantum eius bona, & dos dicantur obligata, sed retineri possint, * supple. à filijs, donec computū reddatur. Socc. cons. 180. iam relatus à Montano cap. 38. num. 61. & 62. Dec. d. cons.

d. conf 349. allegat alios Anna sing. 214. verum circa hoc quid dicẽdum vide, quæ inferius pro veritate articuli dicemus n. 17. Socc. conf. 180. iam relatus à Montan. cap. 38. num. 61. & 62. maximè si transierit ad secunda vota, quando etiam tenebitur de modicis, idem Mõt. num. 58. quod vltimum de retentione controuertitur à Negusan. vt infra dicetur num. 17.

10 Amplia quinto, vt etiam futuri mariti, & sic vitrici pupillorũ bona sint tacite obligata pro administratione tutelæ facta ab vxore, l. 2. C. quando mul. tut. off. §. si autem tutela in auth. de nuptijs, & clarior tex. in l. si mater. C. in quibus cau. pign. taci. contrah. vbi Bar. & Bald. Socc. dicto conf. 180. 2. volum. Negusant. vbi supra num. 196. & Piagg. q. fin. num. 29. vbi declarat id verum si matimonium sit contractum per verba de præsenti, secus si per verba de futuro, allegat Afflict. dec. 357. num. 4. Montan. vbi supra n. 6. & 8. vbi, quod etiam teneatur si alteri administrationem cõmiserit, & 35. * adde, Amplia in bonis fideiussorum, & hæredum tutoris, quæ ab ipso tutore prouenerunt l. fin. §. fin. in fine. vbi Bald. C. de iure dotium, l. Paulus in princ. ff. de pignor. obligatio enim ad reddendum rationem in hæredem administratoris astringit, sicut administratorem, & aduersus eum transit eadem actio, quæ contra defunctum competebat, l. tutela, C. arbitr. tutelæ, l. omnes tutores, ff. de negot. gest. l. 3. §. hęc actio, ff. eodem, Roman. conf. 143. nu. 2. Dec. conf. 110. n. 7. Guttier. p. 3. cap. 1. num. 61. Amplia, vt hoc priuilegium transeat ad hæredes pupilli, & contra hæredes tutoris, curatoris furiosi, prodigi, muti, surdi, & similium Gutt. vbi supra num. 22. & seqq.

Amplia in bonis patris legitimi administratoris filij eorũ bonorũ, in quibus habet vsumfructum, vt si ea malè, & fraudulenter administrarit, vel alienarit pro ijs recuperandis tacita competat hypoteca, l. cum oportet, §. fin. C. de bonis, quæ liber. secus si culposè tantum se gesserit; quia pro culpa non tenebitur, vt in d. l. §. non autem, & fin. per glo. Bar. & Bal. Negus. 4. membro 2. par. n. 13. & num. 14. assignat rationem, ex l. imperator, ff. ad S. Conf. Trebell. atq; de cõmuni docet Guttier. p. 2. cap. 16. num. 25. pro qua quidem culpa pater ab administratione remoueri potest si non sit soluendo, & simus in pecunia, & mobilibus citra monitionem iudicis: in immobilibus autem secus, nisi prius fiat à iudice monitio, quando absq; causa distraheret, vel non coleret: quia melius est ante-

tem-

tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere l. fin. C. in quibus causis in integr. restitu. non est necessar. in bonis vero in quibus patri non detur vsusfructus, nõ est legitimus administrator, & ideo rationem reddere tenetur cum reliquorum restitutione, & competit tacita hypoteca pro omnibus, Guttier. d. c. 16. nu. 27. Eandem limitat legem Negusan. loco cit. num. 10. in actore dato à iudice loco tutoris, vel curatoris per Bar. in d. l. properandum, §. fin. Secundo in bonis hæredum tutorum, vel curatorum, quæ ab ijs non prouenerunt Raphael Cuma. cons. 58. l. Paulus in principio, ff. de pignor. glo. & Docto. in l. assiduis, C. qui potior. in pigno. habe. & l. 1. in fine, C. comm. de legat. Negusan. vbi supra n. 11. & num. seq. approbat primam glo. opinionem in d. l. pro offi-
11 cio, quod dicta obligatio tacitè inducatur à die, quo quis incipit esse tutor, non ab eo, quo malè administrare incipit, & communem asserit ex Iacobo de Arena, Cyno, Bald. Salyc. & Socc. cons. 61. vol. 1. Monta. cap. 31. effectu 2. num. 21. adde
* Pluresq; citat, & sequitur Gutt. par. 2. cap. 16. num. 31. An autem huiusmodi tacita hypoteca extendatur solum ad bona acquisita durante administratione, vel etiam ad acquisita post eam? vide per Alber. ibi, qui se remittit ad l. his qui, ff. de iure fisci, & quod extendatur ad bona post acquisita Guttier. p. 2. c. 16. n. 30. & an regula d. l. pro officio sibi vẽdicet locũ in oĩbus publicis administrationibus, & an ẽt in priuati officij administratione? vide Cõs. Regni Si quãdo. & ibi per Affl. n.

His declaratis, videndum est modo, quid faciendum, quando tutor vnus, vel plures administrarunt, & morte interueniente non potuit, vel non potuerunt reddere rationem, vel nolunt. Secundo quo pacto consulatur volenti reddere rationẽ volente, vel inuito pubere. Ad primum dicas, quod tutor recusans, vel mortui hæredes, qui adhuc tenentur reddere rationem, l. 3. §. hæc autem actio, ff. de negot. gestis, l. fin. C. de hæred. tut. vel curat. per plura Iodoc. de tut. & curat. ratione num. 21. conuenientur actione tutelæ directa, sicut ipse, vel ipsi pupillum iam puberem effectũ pro expensis factis contraria tutelæ conuenient, & is, qui pro tutore se gessit quasi contraria l. 1. ff. de tutor. & ration. distrah.

12 Conuenientur quoque actione de rationibus distrahendis, quæ idem est, quod actione ad rationes distrahendas, hoc est (quicquid alij dicant) ad incundam acceptorum rationem idest aggregandum ad introitũ,

O quod

quod prætermissum est, & subducendum expensarum rationē, hoc est ad diminuendum partitas expensarum, exitusq; facti, & quia hoc est coniunctum in ipso introitu, & exitu; idcirco agitur ad illam commixtionē distrahendam, & dirimendam, ita author quidam de verbis iuris vers. actio tutelæ, & rationibus, hoc autem actione agitur ad duplum æstimationis, nō interesse, simplo cōputato contra tutorem d. l. 1. §. de rationibus, & §. considerandum, ff. de tut. & ration. distrah. l. tres tutores, ff. de administr. tutor.

13 Actione autem tutelę tenebitur tutor, ac eius hæredes vsque ad triginta annos pupillis, eiusque hæredibus d. l. 1. §. hanc actionem il primo, sed diuerso modo, & aliter, ac aliter, vt C. de hæred. tuto. per totum, & l. ex pluribus, ff. de administr. tutor. Socc. cons. 24. lib. 1. & allegati à Caualc. num. 202. & 217. Papien. in libello, quo agitur ad reddendam rationem glo. debitam rationem num. 5. Pariter actio de rationibus distrahēdis datur pupillo, & hęredibus contra tutorem, sed non hæredes, quia pœnalis est d. l. 1. §. hanc actionem il secondo, & non cōcurrit cum actione tutelæ, ita vt si vna intētatur altera cesset, & contra d. l. 1. §. in tutela; at benè concurret hęc cum actione furti, quoties subduxerit à rationibus aliquid tutor animo furandi, & sic vna aliam non tollet, l. 2. ff. de tut. & ration. distrah. & ratio est, quia oriuntur ex eadem causa glo. ibidem & si tutor non est soluendo extra ordinem punitur. Montan.

14 cap 38. num. 101. Aget autem pubes effectus contra tutorem, & hæredes petito sibi prius curatore, præsentatoq; libello in eum qui sequitur modum concepto. *In Curia, &c. Exponit N. pubes, qualiter intendit conuenire N. eius olim tutorem, vel N.N. hæredes N. quondam tutoris pro redditione rationis administrationis tutela, & bonorum ipsius, vel cum eodem, vel ijsdem se conuenire, & trāsigere pro dicta administratione; & pro validitate agendorum vnà cum annexis, emergentibus, & dependentibus cum curatore indigeat, instat sibi prouideri de N. præsenti, quem nominat, cum cuius consensu, & authoritate possit præmissa, & quacunq; alia facere, & ita fieri, & prouideri, &c.* Confirmabiturq; curator à iudice hoc pacto, quia præsentato d. libello in hunc modum interloquetur, quod *idem N. curator petitus, ac nominatus adimpleat adimplenda, quibus adimpletis prouidebitur:* adimplenda autem sunt solemnia, vt in tutore di-

15 ximus. Et quidem si petatur curator ad vnum actum tantum

non

non conficiet inuentarium, quia res administraturus non est, nec bona accepturus, si vero ad omnes actus generaliter, conficiet, teste glo. in l. de creationibus C. de Episcop. aud. & alijs allegatis à Papiensi d. libello §. & curatores num. 9. fol. mihi 263. Monta. cap. 29. nu. 29. & nos etiam superius diximus: semper autem iurabit vtilia agere, & inutilia praetermittere, ac minorem indefensum non relinquere, ac etiam satisdationem praestabit, ex multis Monta. cap. 28. num. 71. * adde. de quibus curatoribus, & quibuscunq; alijs dandis adultis prodigis, mentecaptis, furiosis, mutis, & surdis, agit plene Guttier. 1. par. cap. 19. per totum quem adi ocurrat casus, & ibi quando quis inuitus curator esse cogatur. His adimpletis praecedete instantia per iudicem fiet decretum quod *N. praesens, & audiens* (ex doctr. Bart. in d. l. 3. §. si pupillus nu. 3. ff. de tutelis) *nominatus curator per N. confirmetur, prout confirmatur, cum cuius praesentia, consensu, & authoritate liceat ipsi puberi omnia facere in iudicio, ac extra, qua placuerint, & expedire videbuntur, ac se conuenire, & transigere cum quibuscunque, prout confirmari, & puberi licere decernitur, & mandatur, per hoc suum &c.*

17 Et hoc casu, quod mater possit esse curatrix bonorum filij, dixit communis schola docto. in auth. matri, & auiae, sequitur Iodoc. de tuto. mune. cap. 5. num. 10. vbi de aliquot limitationibus, * ac Manz. q. 2. q. 2. princip. num. 20. Quae personae pro debito tutelae, & curae, licet vt mulieres per renunciationes factis, seu debitas fieri incarcerari possint, tamen vt mater, & auia, gaudebunt beneficio, vt non teneantur, nisi in quantum facere possunt, idē Iodoc. loco citato num. 18. & Mont. cap. 28. num. 74. Et creditrices propter dotem, pupilli, siue minoris, & sic ex alia causa, quam tutelae, & curae, si agant ad consequendum creditum administrationis ratione non reddita, vel pendente, quod non possint repelli à pupillo, vel minore, se non teneri soluere creditum, nisi prius reddita per ipsas ratione, contra Socc. * adde, cōs. 180. Dec. & alios relatos à Gutt. par. c. 8. n. 49. & seq. tenuit Neguс. de pigno. par. 5. primo membro nu. 36. & per plura se subscripsit quoq; Guttier. par. 2. cap. 9. num. 52. vbi plures super hoc emanatas decisiones recenset. Ex quorū dictis, & alijs decisum fuit in Sacr. Consl. anno 1586. pro muliere sententiam latam contra fideiussores pro dote, antefato, & interesse non obstante exceptione opposita redditionis

rationis tutelæ administratæ per ipsam esse executioni demandandam pro dote tantum, vt refert Dominus de Franch. decis. 642. num. 3. & supersedendum in executione pro interesse, donec redderetur ratio an.1598.fuit in S.C.decisum,vt in eadem decisione in fine, tenuit Negusan.de pignor.par.5. primo membro num. 36.& in quolibet tutore creditore ex alia causa, quam tutelæ idem quoque dixit seruandum per plura Caualc. num. 219.legitimata persona sua modo prædicto Pubes,& curator antequam agant ad rationes reddendas aduertant an fuerit vnus tutor, vel plures, & si plures non sic ex abrupto omnes conuenient, sed consultè. Quod vt iuridicè, & benè fiat, oportet vt sciant, quo pacto,& quatenus ij plures teneantur:& quidem hac distinctione manifestum fiet, quod aut omnes administrarunt, & omnes soluendo sunt, & actio diuiditur inter eos l. si plures secundo responso vbi Bar. ff.de admin. tutor. additio ad Abb. in cap. 2. de fideiuss. num. 5. Si vero non sint omnes soluendos, & tunc insolidum qui soluendo est conuenietur, & tenebitur, ac pro rata alterius, qui non conuenitur obtinebit à pupillo cessionem vtilis actionis tutelę, qua repetet eam l. tres tutores in princip. ff. de admin.tutor. 1. §. nunc tractemus ff. de tutelæ, & ration.distrahen.aut vero non omnes, sed vnus administrauit, & tunc qui gessit prius conueniendus l. 1. C. si tutor non gessit; inde, qui non gessit, ita Piagg. q. 19. num. 5. * Guttier. par. 3. cap.1. num. 112. Vel & melius cognoscent ex alia distinctione, quam tradidit Aret. in §. sed si ex testamento inst. de satisdat.tutor. num. 6. quod aut tutelæ administratio fuit diuisa, aut non. Si non, & tunc electionem habet adolescens quem eorum conuenire velit l. 2. C. de diuid. tut. siue omnes gesserunt,siue nullus vt per glo. ibidem, quia sunt in pari culpa. Quod si vnus gessit,& alius non, tunc de gestis conuenietur primo gerens, qui si non soluendo sit, magistratus qui dedit, vel confirmauit,& postea tutor,qui non gessit conueniendus est,nisi in ijs casibus,primus est, si tutor, qui debuit facere contutorem suspectum non fecerit, vel tardè fecerit, vel colluserit. Secundus si non exegerit à contutore satisdationem rem pupilli saluam fore, cum viderit ipsum effici non soluendo, tunc enim prius, & ante magistratum conuenietur ratione, de qua per doct. in d.l. 2. De neglectis vero omnes pariter tenebuntur,& conuenientur,quia quilibet est in pari culpa,& hoc si neglecta sunt à gestis penitus se-

separata, vt quia vinea pupillaris non fuit custodita, itaque perijt quia nullus tutorum se se voluit intromittere, & sic de similibus, idque sequitur etiam Iodoc. de tut. ration. tempore num. 28. cum sequ. secus si neglecta sint connexa gestis, vt quia vnus ex ijs incæpit colere, & putari facere eam, inde desijt se intromittere, ob quod petijt, vel negligenter putari fecit, & fodi, vnde diminuta est, & tunc primo gerens, & negligens; & inde alius, qui nullatenus se intromisit conuenietur l. tres tutores §. item in eo ff. de admin. tutor. & hoc si delinquat omittendo; quod si committendo puta, quia non gerens commiserit, vel mandauerit administrationem contutori gerenti, tunc quia dicitur per illum gerere l. ita tamen §. gessisset ff. de admin. tut. tenetur ac si per se gesserit, & non habebit beneficium ordinis; sed adultus quem volet conueniet reseruato conuento beneficio diuisionis. Si vero tutela, & administratio fuit diuisa à testatore, vel a iudice, regula est, quod vnus non tenetur de facto alterius contutoris, quæ fallit in casibus supra notatis vers. nisi in casibus, ac alijs, quos scripsimus supra in rub. *Vel acceptans solemnia adimpleat*. num. 37. Si diuisa fuit ab ipsis inter se, & tunc est in electione adolescentis, quem velit, prius conuenire, ac etiam eum, qui non gessit, pro non administratis à se ipso d. l. 2. vbi glo. & docto. Iodoc. de tut. ration. c. 2. num. 30. & 32. vbi inuehit contra tutores non gerentes, qui putant nihil ad se pertinere de periculis tutulæ à se non gestæ * adde. Gutierez autem de tut. 1. par. cap. 15. adducit regulam, nempe plures tutores simul datos non modo pro virili; sed etiam insolidum teneri, & conueniri posse, & ab ijs totum debitum exigi, facta cessione ex exacto contra contutores per tex. in l. tres tutores ff. de adm. tutor. & l. 1. §. nunc tractemus ff. de tutelis: quam regulam procedere censet et si tutores ij plures non sint legitimè constituti, & etiam si vnus eorum gessit tutelam aliorum mandato, & eo fortius quando tutores non administrantes sunt in dolo: atque hæc ipsa procedere docuit non modo in fauorem pupillorum; sed etiam creditorum hæreditariorum; inde num. 6. cum seq. adducit plures exceptiones ab hac regula, quarum prima est, quando testator tutelam diuisit, secunda si à iudice diuisa sit, dummodo non sint alij in dolo, vt culpa, contutorem scilicet suspectum remoueri non facientes, aut tardè suspitionis causam deducentes, ita quod alter interim

non soluendo effectus est, vel suspicionis causam agendo sua spōtę iura pupilli prodiderunt. Tertia quando sunt tutores diuersæ speciei, puta quia vnus est testamentarius, alius datiuus, quo casu pro virili parte quisque tenetur l. lucius §. cum testamento ff. de admin. tutor. quem ita communiter intelligunt docto. docente Alex. in l. 1. nu. 3. C. de transact. & Cur. senior num. 10. Et quarta ex tex. in l. 1. C. de diuiden. tutel. Verum circa beneficium ordinis inquit, quod si non gerentes conueniantur, beneficio ordinis excipient, vt prius conueniatur qui gessit, eiusque hæres l. 2. in princ. C. si tutor non gess. l. 2. in princip. & l. fin. C. de admin. tutor. l. cum interdictæ C. arbitr. tute. quod beneneficium non competit, quando non gerentes sunt in proprio, vel communi dolo, allegat Guttier. Marcum Ant. Eugen. cons. 19. num. 62. cum seq. Secundo quando gerentes gesserint ex mandato non gerentiũ, cum eo casu omnes gessisse videantur l. ita tamen §. gessisse ff. de admin. tutor. glo. in d. l. tres tutores ff. eodem, & in d. l. 1. C. de transact. & sic non sufficit simplex permissio gestionis, ita Guttier. d. cap. à princ. vsque ad num. 15. Tertio in neglectis, in quibus omnes æqualiter, absque hoc beneficio tenebuntur, vt ibi per ipsum d. num. 15. Ex quibus habes, lector, & pubes, explicatum beneficium ordinis, quod habent tutores, & consequenter Practicam illos omnes, vel vnum ex ijs conueniendi: sunt & alia tria beneficia competentia pluribus tutoribus scilicet diuisionis, Cessionis, ac vtilis actionis, de quibus dices, vt per Bar. in l. 1. C. de transact. & Aret. in d. §. sed si ex testamento, ne meri transcriptores videamur, * adde, & adde D. de Franch. decis. 476. & 662. per totam, & Guttier. d. cap. 15. num. 16. & seq. vbi docuit dari hoc beneficium diuisionis omnibus tutoribus gerentibus, vel nullis gerentibus ita, vt non sit locus beneficio ordinis, vt obligatio inter omnes, qui soluendo sunt, diuidatur l. 1. §. si pupillus vers. nunc tractemus ff. de tutel. & ration. distrahen. competitque hoc beneficium tutoribus non solum per viam exceptionis: sed per officium iudicis, glo. 1. in l. si contendat ff. de fideiuss. quam communiter probari docet ex Padilla in l. 1. num. 17. C. de transact. Guttier. vbi supra nu. 18. & dolose gerentibus, & conuentis ex communi dolo secundum opin. Hugolini, & glo. accursij in d. l. 1. C. de transact. quam explosa opinione Azonis ibidem magis communem esse dicit vbi supra num. 26. quo

loci limitat eam, quando conueniretur tutor ex proprio dolo, quo casu sententia Azonis procedit, & quod dictum est supra quod antequam agatur cōtra tutores non gerentes, excutiendus sit prius magistratus, qui proposuit tutorem administrationi tutelæ, recessit ab aula, & stilo curiarum, & immediate conueniuntur tutores, atque de hac consuetudine testatur Aret. cons. 29. num. 9. referunt, ac sequuntur doct. allegati per Guttier. loco citato num. 27. Beneficium autem cessionis competere ait tutori conuento ex communi culpa, vel alterius, secus si ex communi, vel proprio dolo conueniatur l. 1. §. plane ff. de tutel. & ration. distrahen. & hanc esse communem opinionem, & doctrinam, docet ex Curt. viuio. in l. 1. num. 13. & Padilla num. 22. C. de transact. contra Eug. censuit Guttier. vbi supra num. 29. atque id venire sub quauis generali renūciatione nisi specialiter de eo mentio facta sit num. 30. & est necessarium hoc remedium ad transferendum exercitium directarum actionum nomine cedentis l. qui stipendia C. de procur. quod vtilem actionem habenti non permittitur. Bal. in d. l. 1. vers. quæro quod operetur num. & Padilla nu. 24. C. de transact. Quæ vtilis actio datur tutoribus cōuentis, atque exactis contra alios tutores, quando actiones ab eo, qui pupillus fuit, cessæ non sunt d. §. nunc tractemus l. 1. ff. de tutelæ, & ratio. distrahen. & in huiusmodi beneficio verificantur, & dici possunt omnia, quæ in beneficio cedendarum dicta sunt, teste Bart. in d. l. 1. & Padilla num. 24. Guttier. num. 31. cum seq. Discussis præmissis, & facta deliberatione pubes contra quem tutorem agat intentabit iuditium contra eum, vel hæredes, & si sunt minores & pupilli prouiso eis de tutore, vel curatore secundum ea, quæ diximus supra in rubrica. *Vtiliter agat, & contrahat.* num. 16. & sequ. contra ipsos libellum formabit, sciturus, quod ipsi replicantes nō teneri ad rationes reddendas si condemnabuntur, condemnati
19 nō appellabūt ad finem retardandi ad vlteriora processum Maran. allegatus à Caualc. nu. 221.

20 Ad secundum deueniendo, quoniam tutor finita tutela administratione non dum in curatorem translata tenetur ad interesse actuum inchoatorum, & per tutelæ desinentiam non expletorum, & sic pro omissis, casibus, qui post pupilli pubertatē possunt contingere l. vnica C. vt causæ post pubertatem tut. adsit l. ita §. fin ff. de adm. tut. * adde, atque ipsius fideiussor,

sor, qui fideiussit pro officio tutoris, & rem pupilli saluam fore: secus si ex voluntate post pubertatem gesserit aliqua, vt per Guttier. par. 2. cap. 19. num. 18. vbi etiam requirit, quod rationes reddiderit: dicenti autē tutelam finitam, vel non finitam ætate, id probare tenetur num. 22. & an præsumatur minor ætas per decretum curatoris ad litem, vel ex instrumento tutelæ, vel curæ decretæ, vide per ipsum à num. 23. vsque ad finem, ideo ex doctr. Fabr. in d. l. vnica, & aliorum, quos refert Piagg. q. 19. num. 11. curet conuocatis pupilli proximioribus ei curatorem dari cū effectu, & non solum offerre separatum rationem reddere, & reliqua soluere; sed etiam notificari id à iudice protestādo se cum debitis clausulis, quod per ipsum non stat, eoque contumace, & tempus differente, nec procurante legitimare personam suam dolosè, erit securus ab vsuris tutor l. fin. C. de vsuris pupillar. dixit ex Gallis in tract. de vsuris q. 39. num. 298. Montan. c. 18. nu. 27. cap. 37. nu. 82. Gutrier. par. 2. cap. 19. num. 16. qui licet cap. 32. reg. 9. num. 179. dixerit quod debet offerre, & obsignare in tuto loco per l. tutor pro pupillo §. tutor ff. de admin. tut. & secutus sit Iodoc. de interesse pupill. cap. vnico num. 47. id tamen de obsignatione ego intelligerem, quando tutor habet pecuniam promptuariam pupilli superantem exitum, secus si secundum se exitus est par introitui, & postmodum patet, quod aliqua partita non debet exitui aggregari, ob quod introitus est superior; tunc enim sufficit oblatio rationum, & protestatio, vt liquido constat ex d. l. finali, & Gallis vbi supra. Verum si tutor velit omnino absolui, aduertat, vt compareant coram iudice ordinario puberis, & exposito facto, quod vult rationem administratæ tutelæ reddere, quæ iam finita est, & amplius se in ea ingerere non intendit, pro validitate faciendorum petat moneri pupillum iam puberem, vt curatorem sibi petat, & eligat, in quem administrationis fiat traslatio, & cuius authoritate possit intētari, & fieri cōputorum reuisio, & rationis plena redditio, ac omnia ad eā pertinentia, & necessaria quocunque modo, & demum in scriptis liberatio subsequi, sensit Papien. in d. libello glo. debitam rationem nu. 2. fol. 269. Iudicis autem offeres libellum hoc modo, vel simili tenore conceptum. *In Curia, &c. Exponit N. qualiter per spatium annorum tot gessit, ac administrauit tutelam N. N. vti testamentarius legitimus, siue datiuus tutor, quæ cum sit fini-*

ta pubertate dicti N. pupilli, ac ipse non intendat teneri post pubertatem de omissis, ac alijs negotijs pupillaribus, & casibus, qui possent accidere; ideo petit moneri N. predictum iam puberem, quatenus sibi eligat curatorem ad hoc, vt ipsis insimul reddat rationem, & reliqua, quæ forte erunt, quas, & quæ offert: ac demum à tutela liberationem, & debitas recipiat cautelas, & quoniam habet præ manibus de introitu superante exitum ducatos tot, illos ad euitandum interesse deponit penes ipsam Curiam, vel offert sacculo paratus deponere penes quem Curia voluerit, & mandauerit cum conditione, quod non liberentur d. puberi nisi legitimata eius persona, (& hoc in locis vbi non sunt Banci publici, vel persona destinata de publico ad accipiendum deposita, quod si in locis vbi sunt, fiet depositum penes illum cum d. conditione, & cum libello eiusdem fidem præsentabit authenticam,) *& in defectum dicti N. non eligẽtis, instat eligi per Curiam ipsã curatorem, in quẽ administratio transferatur protestans se bis ter, & quoties opus est, quod per ipsum non stat, neq; stabit, & de omnibus protestandis, petitq; insuper intimari omnia præmissa N. N. matri, vel fratri, vel consanguineis d. puberis, vt habeãt notitiã, omni modo meliori, &c.*

Quo præsentato fiet citatio, & monitio puberi, *quod infra tot dies eligat curatorem, alias, &c.* Et agnatis vt notitiam habeãt, infra quos dies si pubes monitus, & citatus non petat, seu nominet curatorem, tutor ipse incuset contumacias, post quas de omissis, & periculis post pubertatem non tenebitur, teste glo. in d. l. ita autem §. si tutor
22 nec pro vsuris, & interesse d. l. fin. Quo vero ad rationem reddendam elapso termino (si tutor instet) ipse iudex coget puberem ad illum accipiendum, & curatorem, qui sibi placuerit ad administrandum, vel ad hũc actum constituet, quo cum agi possit, tex. est notabilis in l. admonere la seconda, & l. 1. C. qui petant tutor. & curat. l. 3. §. pupillus, ff. tutel. Monta. c. 18. num. 26. Iodoc. de tut. ration. cap. 2. num. 26. Cui, ac puberi inuito tutor ipse in iuditio coram iudice, vel extraiuditium ipsi puberi volenti recipere rationum redditionem cum curatore coram arbitris forte electis, vel communibus amicis edat, & exhibeat inuentarium, quod libro rationum comparari dixit Bart. in d. l. 1. §. officio in fine. & §. seruus, ff. de tutel. & ration. distrah. in 2. lectura, Papien. d. loco num. 6. ac esse caput rationis reddendę docuit Bald. in l. cum tale, §. 1. ff. de condit. & demon. Ang.

cons.

conſ. 154. ad finem. Monta. per alia cap. 32. reg. 5. num. 111.
* Guttier. p. 3. cap. 1. num. 49. & 50. Inde librum rationum l. fin. §. inter cætera, ff. de libera. lega. d. l. 1. §. officio, & l. cum ſeruus, §. nam non vtique, ff. de
* cond. & demonſt. * Guttier. lo-
23 co cit. num. 54. Et cum in ipſa l. cum ſeruus tradatur modus diſcutiendi, & reddendi rationes, ideo eius verba formalia huc referendas putaui. *Rationes reddere* (inquit) *ideſt legendas offerre rationes primum, deinde computandas ut explorari poſſit computationes probè, an improbè referantur, accepta rectè relata, an non rectè.* Probant Iodoc. de tut. ration. cap. 2. num. 2. & 3. Caualc. num. 202. Montan. cap. 38. in principio.
* Guttier. loco cit. nu. 63. Vnde quod dixi exhibeat librum, intelligas non vt eum in actis relinquat: ſed præſentat iudici, vel arbitrio cum proteſtatione, *vt eum inſpiciendi pupillus iã pubes, copiamq; accipiendi habeat facultatem,* glo. l. boues, ff. de verb. ſignific. Mont. cap. 32. reg. 6. num. 6. ac etiam *vt habeatur fides tam quo ad partitas introitus, quam exitus, aliàs quod introitus factus habeatur pro non præſentato, & verificato, & nullam contra ipſum probationem faciat,* aliàs contra ipſum probabit, & exitui non-

ſtabitur, ita præciſè Bart. in l. Aurelius §. item quæſijt, ff. de liber. lega. Iodocus de ration. iuſtificat. cap. vnico. nu. 8. cum
* duobus ſeqq. * adde. Eſt tamen verum, quod Guttier. p. 3. c. 1. num. 52. cenſuit confeſſionem factam per tutorem reddituum bonorum pupilli non præiudicare tutori, ſeu adminiſtratori donec acceptetur impenſa, & è cõuerſo, l. cum quæritur ff. de admin. tutor. glo. in l. Thais, §. libertatem, ff. de fideicomm. per quam ita Platea in l. 1. in fine num 9. C. de apoch. publi. lib. 10. Sic pubes petat copiam libri cum proteſtatione, quod *quo ad partitas non veras, illiquidas, & non admittendas tam in introitu, quam in exitu deſcriptas nulla dicatur approbatio facta, nec vllum ſibi præiudicium generatum,* & petat calculatorem eligi, vel calculari rationes, ita Iodoc. de ration. iuſtificatione c. 1. n. 16.

Tum curator, pubeſque, ac olim tutor, quoniam ex doctr. Iaſonis in conſ. 3. col. 2. lib. 3.
* & conſ. 100. lib. 4. * & aliorum quæ ſupra num. 3. recenſuimus.
24 ad reddẽdas rationes quatuor requiruntur, ſcilicet, codices edi, calculum poni, reliqua reddi, & culpam purgari ſolutione eius, quod debetur, & in quo culpatum eſt, de omnium conſenſu calculatorem eligant,

l. 2.

l. 2. C. de vsur. & fruct. legat. vel ipsis, & eorum alterutro discrepantibus, vel differentibus eligat iudex non suspectum, qui præstito iuramento, vt docuit Bald. in l. hac edictali, §. his illud 2. col. C. de secund. nuptijs, partitas introitus, & exitus calculando referat ipsi iudici quanta summa introitus exitum' superet, vel è contra l. si cui libertas vbi Bar. ff. de cond. & demonstrat. Corn. cons. 44. vol. 1. Iodoc. de tut. rat. cap. 2. num. 8. & 9. monitis partibus ad videndum, seu audiendum relationem faciendam iudici secundum Tartagl. in Praxi ciuili c. 6. num. 11. vbi dixit quod facta relatione intimatur parti, offerturque biduum ad percunctandum, & si calculus videatur erroneus, potest instante altera parte reuideri per alium communi consensu electum, vel data prius lista suspectorum, vel facta monitione ad illam dandum per iudicem, vt supra l. 1. §. cum dicitur ff. si cui plus, quam per l. Falcid. d. l. 2. vbi Bart. C. de vsur. & fruct. legatorum. Verum, quia dicens de errore calculi, electo iam calculatore, nunquam rationes reuideri procuraret; ideo consueuit fieri prouisio quod *electus fuit talis per quem infra tot dies procuret talis pars instans, & dicens de errore, reuideri, alias prouidebitur*, quibus elapsis non facta reuisione prouidebitur, quod *infra tot alios dies procuret, alias calculus firmus remaneat, & exequatur*, vt infra dicetur. Reuisione vero facta citetur pars ad videndum discussionem calculi, & si illa pars, quæ primo obtinuit calculum in sui fauorem in reuisione fuerit læsa, vel grauata, potest dicere de errore, & similiter committitur, & reuidetur, & quod pars grauata in reuisione procuret, in qua reuisione si pars, quæ prius obtinuit calculum contra se fuerit grauata similiter, secundo dicet de errore, & committetur calculus, & non vlterius, cum tertio prouocari non possit l. 1. & tot. tit. C. Ne liceat tertio prouoc. ita Tartagl. in praxi, cap. 6. num. 11. vsque ad 13. Et quidem si ex calculo apparet introitum superare exitum, interloquetur iudex (& hoc quando in iuditio rationes redduntur) quod *pro ea summa pro nunc exequatur calculus saluis iuribus vtriusq; partis*, & hoc, quia sola calculatio de per se non habet vim sententiæ, quod ad absolutionem, vel condemnationem, nisi per iudicem confirmetur l. 2. vbi glo. & Bar. C. de iure fisci lib. 10. Quæ confirmatio debet fieri semper cum illa clausula *saluis iuribus, seu citra praeiuditium iurium vtriusque partis*, ne alias habeat effectum suum,

& non

& non possit postea de errore, vel læsione dici, pro vt potest posita illa clausula vsque ad decem, viginti, & triginta annos respectiuè pro vt habetur per Bar. in d. l. 2. num. 6. & 7. qui tutor, vel soluat, l. non solum *la secunda* §. is, qui reddere ff. de liberat. lega. l. quamuis ff. de cond. & demonst. cum similibus vel pignora patietur recusans, & tenebitur ad interesse à die quo pecunia fuit penes ipsum, ac etiam post pubertatem, nisi tamen ea adueniente deposuerit, vt superius diximus per tex. in l. tutor pro pupillo §. tutor cum l. seq. ff. de admin. tuto. At si introitus par exitui inuentus fuerit, pro vt iuris est, cum tutor teneatur facere paria pupillo accepta, & expensa l. Lucius Titius ff. de manum. testa. cum similibus allegatis infra num. 50. tunc ad alia deueniendum est: & quidem ad discus-
25 siones partitarum introitus, & exitus. Vnde iudex, vel arbiter, vel calculator si habet potestatem instante ipso pubere, ac curatore impartiet terminum ad opponẽdum partitis introitus, & exitus, & quoniam vix potest esse administratio etiam diligẽtissimi hominis, ac fidissimi tutoris, quæ puberibus, ac eorum matri, & cõsanguineis suspecta non sit, & quandoque dubia; ideo circa quædam, quæ vt plurimum dubitanda occurrunt immorabimur, si illud præmi-
26 serimus quod tutor non solum de male administratis (vt sæpe dictum est) sed etiam de neglectis tenetur l. 1. in princip. ff. de tutelæ, & ration. distrahen. l. tutores ff. de admin. tutor. l. si tibi C. de testa. tute. Socc. cons. 2. num. 4. lib. 1. Monta. per plures docto. authoritates cap. 38. num. 95. Iodoc. de tut. ratione cap. 3. in princip. & num. 3. De male administratis, vt quia non legitimè, & secundum ea, quæ superius dicta sunt in rubr. *Ac cætera citra dolum, atq; culpam* alienauit l. 1. §. 1. ff. de tute. & ratio. distrahen. l. tutores C. arb. tute. Bal. post glo. in l. testamentũ C. de testamentis. Secundo quia litem iniquam agitauit l. non est ignotum C. de admin. tut. Mar. par. 6. actu 4. num. 49. Piagg. q. 15. num. 4. q. 19. num. 15. Tertio, quia decoctis, & fallitis pecuniam credidit. Quarto quia emit non emenda, vel à quibus emere nõ debebat, de quibus inferius. De neglectis vero tenebitur in pluribus casibus, & Primo si fuerit negligens in dando pecuniam pupilli ad honestum lucrum, vel in conuertendo in emptionem prædiorum l. tutor, qui §. si post ff. de admin. tutor. * adde, l. tutores *la secunda* C. de admin. tutor. l. quoties ff. eodem, Guttier. par. 2. cap. 9. num. 1. & 5. Socc. vbi supra num. 2. vel ad

retra-

retrahendum, & redimendum, quo casu ad interesse tenebitur Iodoc. de tutor. interesse cap. vnico in fin. Gramm. decis. 103. num. 22. * adde. Manzin. 3. q. 3. q. princip. num. 9. Guttier. loco cit. num. 5. & p. 3. cap. 1. num. 80. & 81. Monta. cap. 34. reg. 9. num. 193. & 194. & an ad interesse lucri cessantis nu. 205. vbi quid hoc casu probandum per pupillum. Interesse dico decurrendum vsq; in diem in quem administratæ tutelæ rationem non reddiderit, nisi illud offerat, & deponat vt supra num. 24. per d. l. tutor qui §. fin. & l. tutor pupillo, ff. de admin. tutor. Roma. cons. 139. num. 4. Piagg. qu. 19. num. 9.

27 Incipit autem currere diuersis temporibus, si quidem si fuit reperta pecunia in arca ante administrationem, tunc quia illã necessario non tenetur collocare, nisi post sex menses a die administratæ tutelæ, post illos tenebitur ad interesse, non ante, l. si tutor constitutus, & l. qui negotiationem, §. pupillo ff. de admin. tutorum. Si vero fuit pecunia post administrationem acceptam exacta, vel ex patrimonio pupilli prouenies, tunc post duos mẽses, post quos tutor ad interesse teneri incipiet, l. tutor qui, §. vsuræ, ff. de admin. tutor. & hoc laxamentum habet tutor, & curator per annos singulos, §. alias c. quoniam in auth. vt ij, qui obligat. se perhib. haber. res minor. * adde. Et hanc concordiam sequitur Baec de decim. tutor. cap. 2. num. 96. quem refert, & sequitur Guttier. d. cap. 9. nu. 27. & hoc quando poterat collocare dictam pecuniam ad lucrum, vel emptionẽ. At cum in prędictis legibus fiat mentio de vsuris legitimis, & centesimis, & pupillaribus, trientibus, quincuncibus, & semissibus; ideo quales hæ sint declaremus, di-

28 cturi inde in regno quid seruetur. Et quidem vsura legitima ex doctr. glo. in d. l. tutor, §. si post vers. legitimas, dicitur, quã quilibet secundum conditionẽ suæ personæ stipulari potest, l. eos, §. super C. de vsuris. Pupillaris, quam pupillus ex conditione sua stipulari potest, d. l. eos, Iodoc. de interesse c. vnico num. 46. Vsuræ centesimæ ex Socc. in l. 3. §. fin. ff. ad l. falcid. & l. septitia, ff. de pollicitat. & Alcyat. lib. 3. dispunct. cap. 1. sunt hæ, quæ centesimo quoq; mense æquant sortem, & sunt ad rationem duodecim pro cẽtenario, veteres enim in mẽses non in annos fœnerari solitos constat ex l. lecta, ff. si cert. petat, ibi, *Menstruos refundere debeam denarios*, & quo ad hãc in Regno dixit Præses de Frãch. decis. 21. quando ab aliquo debetur alicui vsura centesima, & ad illam tenetur, consueuit Sac.

Cons.

Conſ. condemnare obligatum ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis. Vſuræ beſſes ſunt ad rationem octo pro cẽtenario, de quibus in l. publia, §. lucius, ff. depoſiti. Semiſſes ad rationem ſex. Trientes ad rationem quatuor. Quincunces ad rationem quinque, quaſi quinque ex duodecim vnciæ, arg. notatorum in §. hæreditas inſtit. de hæred. inſtituen. & ex duodecim pro centenario, vt ſupra, ſunt quinque. Quibus cognitis centeſima vſura, debetur pupillo in tribus caſibus. Pupillaris in quinque. Quincunces vſuræ, aut trientes, aut leuiores ſecundum conſuetudinem regionis ex alijs cauſis, quã expreſſis à glo. in d. l. tutor qui §. quæ ſint autem, ad quam recurras, ff. de admin. tutor. per tex. in §. ex cæteris cauſis, d. l. tutor qui. In Regno autem vt plurimum ad rationẽ octo pro cẽtenario debẽtur pupillo à tutore in lucro ceſsãte, & adsũmũ ad decẽ pro centenario, & hoc ne lex. .ſ. Pragm. 1. de cenſibus offendatur l. 2. in princ. & l. in contraria, §. eas autem, ff de vſuris, l. eos, §. cæteros autem ibi *nec liceat*, C. de vſuris, faciunt adducta per Iodoc. de intereſſe pupill. cap. vnico n. 68. pro damno emergenti debetur totum, & arbitrabitur iudex, l. quantum ff. rem ratam haber. l. 2. §. fin. ff. de eo, quod certo loco, l. vnica, §. & hoc non ſolum, C. de ſent. quæ pro eo, quod inter Iodocus vbi ſupra nu. 11.

Secundo, quia fuit negligens, & moroſus in exigendis nominibus debitorum, ob quod ea effecta inde ſunt deteriora, & nõ ſoluendo. Vnde regulariter tutor tenebitur l. tutores, §. adoleſcens, ff. & l. debitoribus, C. de adm. tut. l. ſi tutor conſtitutus, ff. de adm. tut. Caual. n. 118.

Tertio, tenebitur ſi potuerit quid acquirere, vt aliquam hæreditatem delatam, vel aliud, & non acquiſiuit glo. in l. quicquid C. arbitr. tutelæ, Euerard. in centur. argum. in loco à pupillo ad Eccleſ. Piagg. d. loco n. 12. * adde, Guttier. p. 3. cap. 1. num. 101. & dictum eſt ſupra rubrica *Vel accept. ſolem. adimpl.* nu.

Quarto, ſi ruentes pupilli domos, & ædificia non refecerit, omnia enim damna, & intereſſe, quæ exinde ſequentur, refundet d. l. lex, quæ tutores, §. ergo, & domos, C. de admin tuto. Ripa in tract. de remed. ad conſeruan. vberta. num. 14. Piagg. vbi ſupra num. 14. * adde Baet. de decin. tut. cap. 2. nu. 20. quem cum alijs allegat, & probat Gutter. de tut. par. 2. cap. 1. nu. 117. & par. 3. cap. 1. num. 103.

Quinto ſi librum rationum non confecerit, vel inuentarium, vt in rubr. *Vel acceptans ſolẽnia.* & *Librũ conficiat ratio.* vel fecerit, & amiſerit culpa ſua

sua vt d. rubrica in fine. Vltimo tenebitur de dolo, lataque culpa generaliter, & de leui regulariter l. contractus, ff. de reg. iur. Dec. cons. 274. num. 3. ac etiam de casu fortuito, quando s. culpa eum præcessit, vel dolus l. in rebus in principio C. commoda. Ruyn. cons. 70. in fine lib. 4. Piagg. vbi supra qu. 19. num. 13. & 17. & quod teneatur etiam de leuissima culpa, quando promittit tenere bonum computum, & reddere rationem administrationis benè, & diligenter iuxta doctr. Decij cons. 174. num. 5. & aliorum, quos allegauimus supra in rubrica ac cætera citra dolum num. 6.

29 In actibus autem præmissis excusabitur tutor, ac in dolo, & culpa esse non præsumetur ita quod in pupillum aliter probandi onus transferetur, si omnia hæc, vel eorum singula efficiat cum præsentia, & consensu matris, ac propinquorum pupilli, ita Cæpolla cau. 24. Hyppol. sing. 417. & allegati à Caualc. nu. 111. Vel præcedente iudicis decreto, quo quodlibet ritè, rectèque factum præsumitur l. 3. in ver. quod non arbitramur C. de offic. ciuil. iudic. & efficitur licitum, quod alias esset illicitum, & à pena, & mulcta excusat l. ait Prætor §. penult. iuncta glo. vers. imputandum ff. de minor. l. 2. §. Cassius ff. de aqua pluuia arcen. l. furti §. qui iussu Prætoris ff. de ijs, qui notan. infam. Iodoc. de tut. mun. cap. 5. num. 60. cum

30 pluribus seq. Et periculm circa præmissa ad tutorem pertinebit à tempore, quo ipsi innotuit se esse tutorem datum, & quidem innotescere qualiter sufficit, non autem testato idem coram testibus, vel scriptura; verum citra eam, & testes, quod ipse tutor sciuerit, & cognouerit, probatio pupillo incumbet d. l. quidem §. fin. vbi glo. notabilis, ad quam recurras, satis bene distinguit, quæ in l. hoc autẽ, & l. qui iussus ff. de adm. tut. dixit, ꝙ à die quo quis iussus est gerere, non quo gerere incœpit Monta. cap. 32. reg. 5. num. 9. His autem exaratis descendamus ad dubia, & discussiones, quæ circa introitum, & exitum,

31 vt plurimum fieri solent. Et quidem. Primo circa introitum mobilium, & fructuum in inuẽtario, vel in introitu singulorũ annorum administrationis descriptorum, quod scilicet viliori pretio vendiderit tutor, cum potuerit expectare congruum tempus, & vendere iusto vel cariori pretio, & in foro ad vtilitatem pupilli, & non ad beneplacitum, & caput suum tempore abundantiæ, & fertilitatis: & quod proinde teneatur ad interesse secundum Boer. decis. 316. & alios, quos citauimus supra

supra

ſupra rubr. *Ac cætera citra dolum, atque culpam* num. 10. & vt vilius dicatur vendidiſſe tutor, quid articulandum, & probandum ſit pupillo, diximus ibidem per Calà glo. vnica §. 2. q. 97. num. 417. Contra quæ ſe defendat tutor, quod fructus erant de ijs, quæ ſeruando ſeruari non poterant, & erat propè triennium, vltra quod durare non præſumuntur glo. notab. in l. vnica C. ſi aduerſ. vſucap. & dicemus inferius, & ideo non debebat amplius expectare, cum ſufficiat ſibi introitaſſe pretium, quod obtinebat tunc temporis in loco, quo venditi ſunt fructus l. ſancimus *la ſecunda* §. fina. C. de admin. tut. vbi Bald. num. 2. dixit tutorem non debere expectare careſtiam, nec mittere illas vendendos ad alia loca; ſed in loco vbi ſunt vendet, & quo ad pretium vilius ſe defendet, quod vendidit æſtimatione à iudice facta, quo caſu eum excuſari diximus ex Roma. & alijs d. rub. *Ac cætera citra dolũ, atq; culpam* num. 11. Et hoc vilioris prætij probatione iam facta, alias non facta probatione ſtabitur ſummæ, & pretio tutoris, & contrarium dicenti incumbit probatio l. eum qui ff. de prob. cum ſimul. & diximus ſupra.

32 Secundo, quod non deſcripſerit in eo fructus, & redditus, iuſta communem taxam, & valorem, cum ſit quod reddituum, & fructuum ex bonis pupilli prouenientium ratio haberi debeat ſecundum quod communiter percipi potuerit l. ſi ſine §. Modeſtinus il ſecondo ff. de admin. tut Iodoc. de tut. ratio. cap. 3. num. 13. Monta. cap. 38. num. 90. * adde. Baeca de decim. tut. cap. 2. num. 184. per quem ita Guttier. p. 3. cap. 1. num 93. & quid articulandum hoc caſu per pupillũ dixit Calà vbi ſupra q. 477. nu. 1175. vbi, quod probatio fiat per factores, ſeruos, & laboratores pupilli per l. ad inſtruendum ff. de admin. tut. l. 1. §. de ſeruis, ff. de tutel. & ration. diſtrah. Bar. conſ. 150. num. 7. Contra quod ſe defendet tutor, ſe ipſum eo anno nõ percepiſſe verè & realiter amplius quam deſcripſit, vel quia (quoad frondes arborũ ſiccomorum) bombix incidit in morbum, & tabem, ac frondes, vel non venditæ, vel viliori venditæ pretio, vel quia (quo ad vites, oleas, & agros) fuit eo anno ſterilitas, vel vredo, vel ſolis calor non aſſuetus, vel inundatio aquarũ, vel alius caſus fortuitus iuxta l. ex conducto, § ſi ius, & §. ſed, & ſi tabes ff. locati, qui caſus cum per colonos, & conductores nõ præſtentur, nec per tutorem, l. contractus, ff. de reg. iur. & d. iuribus allegatis dicendum quod pubes nõ bene dicit.

dicit: Item, quia colonus propter sterilitatem, & tabem segetes refutauit ipsi pupillo, & tutori, dominisq; vnde merces solita, & pacta, vulgo terragiũ integrum habitum nõ est, quod autem id fiat, allego consuetudinem omnium rusticorum, & agricolarum, quæ eo fortuis seruanda est; quo videtur lege niti, & adiuuari, si quidem pro ea est tex. notab. in d. § sed & si tabes. vbi dicitur, quod vltra seu *supra damnũ seminis amissi mercedem agri non præstabit*, quod mihi de anno 1599. contigit, cui segetes in agro pupillarum de Frangicarolo tempore messium Carolus Christianus meus cõsobrinus refutauit, vnde ex octo consequutus sum quinque tantum frumenti modios: at durum mihi à principio non lecto d. §. visum est. Pariter se defendet tutor ex causa naturali .s. quod ex agro nõ sẽper; sed alternis annis merces hr̃, vel ex tribus singulis annis, duobus tm̃, & post tẽporis aliquod spatiũ oportet, vt vacet, quã vacationẽ probabit. Itẽ quo ad fructus olearum, & quercuum alleget causam naturalem, quod scilicet alternis annis tantum fructificent, non annis singulis, & duo anni pro vno computabuntur, arg. notatorum per Bart. in l. diuortio, §. quod in anno nu. 1. ff. solut. matrim. Item oppugnabit pupillus librum tutoris, quod scilicet non fecit sibi introitum de tali re mobili, vel fructibus talis loci. Et contra tutorem dicentem, & se defendentem, quod ignorauit eam rem ad pupillum suum pertinere per l. qui in alterius, ff de reg. iuris, articulet pupillus, & probet ea, quæ posuit Bar. in cons. 149. n. 2. & postea plenè familiaris meus Calà q. 476. nu. 1176.

33 Tertio, quod pecuniam superantem exitũ, vel extra introitum singulis annis non implicuerit ad honestum lucrum, l. si tutor constitutus, & l. qui negotiationem, §. pupillo, ff. de admin. tutor. & proinde ad interesse teneri tutorem, Couarr. lib. 3. var. resolut. cap. 2. nu. 1. Montan. cap. 32. reg. 9. n. 170. Contra quod se defendet tutor quod non tenebatur, cũ pupilli pater negotiari solitus nõ erat, & ipse non astringebatur implicare pecuniam pupillarem ad aliud exercitium quam ad id, quod erat consuetus pater. glo. in auth. vt ij, qui obligat. se. perhib. haber. res, §. si aũt, Bar. in l. Titium, & Mœniũ, § alterũ, ff. de admin. tutor. * addę. Et si pater erat solitus negotiari, excusabitur tutor, si non erat industrius vti pater, vt ex Bar. Ploto, & alijs Guttier. p. 2. cap. 9. n. 8. & si tutor dederit ad lucrum pecuniam emptori, vel alteri, qui eo tempore erat soluendo, & celebris in loco, inde decoquerit,

queat, nõ tenebitur tutor. Gutier. loco cit. nu. 12. nisi fuisset negligens in exigendo, & recuperando, vt ibi nu. 13. per eundem, & seq. num. agit., an ibit ad societatem officij? & hoc quando immobilia alia nõ habet pupillus, quod si immobilia habet ex quibus pupillus ali potest, simpliciter tutor non tenetur negotiari, vt d. §. quoniam caueatur cum sequ. Et si replicet pupillus, quod debebat implicare in emptionẽ annuorum introituum, vel prædiorum d. l. tutor qui. §. si post, vbi Bar. l. quoties ff. de admin. tutor. l. tutores C. eodem, l. Diuus, ff. ad l. falcid. & cum non fecerit teneri eum prætendit ad fructus, quos percipere potuit deductis laboribus, & expensis. Montan. cap. 32. reg. 9. nu. 192. & 193. Sed defendat tutor, quod non habuit cui crederet in ciuitate, vel alibi per solam allegationẽ, & propterea pecunia pupillo vacasse dicetur, l. cum plures, §. si tutor, vbi glo. ff. de admin. tutor. * adde. Vel quod non habebat census securos, vt per Anton. à Cordoua relatum à Guttier. d. cap. 9. nu. 23. Pariter allegabit quod prædia, vel alia stabilia nõ fuerunt venalia in ciuitate, d. §. si tutor. Vnde pupillus in primo casu probabit verè, vel præsumptiuè fuisse homines in ciuitate, quibus tutor pecuniam in emptionem annuorum introituum dare potuisset, & in secundo prædia fuisse venalia, eiq; vtilia .s. modicis functionibus publicis obligata, hoc est reddentia paruum siue minimum censum, & canonem, §. si vero il secondo, in d. authen. vt ij, qui obligatas, & alias simplex negligentiæ articulata non sufficiet, ita Bar. in l. tutor, qui repertorium, §. qui post depositionem, ff. de admin. tutor. & in cons. 102. lib. 1. incip. charissime. Iodoc. de interesse n. 70. * adde, Mãz. 3. q. 3. q. princip. num. 9. Guttier. d. c. 9. num. 6. Et quidem verè fuisse venalia probabitur ex adductis per Iodoc. num 81. & per Calã. q. 89. glo. vnica, §. 2. nu. 389. Præsumptiuè vero probabitur, si arguatur tutor, quod eo tempore, quo pecuniam pupillarem superuacuam habebat, suam pecuniam benè collocauit in illorum emptionem, quo casu non audiendus, & ad interesse tenebitur, l. tutor secundum dignitatem, §. non est audiendus, ff. de adm. tutor. & secundum Monta. c. 32. reg. 9. n. 88. * Guttier. cap. 9. num. 16. ratio est, quia est præsumptio, quod etiam pro pupillis potuisset inuenire, & ideo dicitur in dolo, seu saltim in culpa, & contra eum in litem iurari posset, allegat *Rom.* cons. 425. & l. quicquid C. arb. tute. * adde Caualc. num. 115. & ex Ploto, & alijs

Gut-

Guttier. p.2.cap.9.n.7.qui hoc casu dicit attendi debere lucrū minus, in quod dabat pecuniā tutor, vt ibi num. 9. & 10. Excusabitur autem hoc etiam casu tutor, si sibi à testatore à testamento fuisset relicta liberatio à ratione reddenda, & omni eo, ad quod ipsum condemnari contigerit, tunc enim ad interesse non tenebitur; sed catenūs quatenus locupletior effectus est. Dec. cons. 178. versic. postremo, Angel. consil. 144. Corn. cons. 313. quos allegat, sequitur Monta. vbi supra nu. 204. * adde Guttier.par.2.cap. 1. num. 125. & nu. 126. inquit hoc legatum non extendi ad hæredem tutoris, nisi expresse dicatur à testatore ex Cauale. num. 208. & 209. Pariter excusabitur tutor si illud,quod venale fuerat erat magni valoris, & pecunia pupillaris in minori quantitate, & insufficiens, tutoris vero sufficiens. l. ita autem ff. de admin. tut. facit in. in argum l. 2. §.peruenisse ff.de hæred. vel actio vend. Dec. d. cons. 178. circa finem,Castren. cons. 140. alias 301. incip. ad benè examinandum vbi probatio, quod fuerit sufficiens pecunia ad emendum prædium venale incumbet pupillo, & probabit per testes, instrumenta, & librum rationum. Mont. d. loco n. 203. & Io.loc. de interesse pupill.c.vnico n.70. *Gutt.p.1. [illegible]

cap. num.80. vers.quod procedit. Ad quod replicabit pupillus, quod ex illa pecunia debuit redimere bona eius obligata alijs pro censu annuo, vel alio; vel facere talem, & talem retractum, quod maxime expediebat ipsi pupillo, & pecunia illa sufficiebat per cons. Corn.243. num. 9.lib. 3.vel soluere talem, & talem canonem Emphyteoticum, ob cuius solutionem dilatam, vel nō factam talis ager, vel domus in commissum (id quod vix obtinet in Regno nostro) incidit, & ideo tenetur ad interesse, obquod in litem iurare intendit per tex. in l. si tutoris C.de administ.tutor. Monta. d. reg 9. num. 281. & talis res obligata,seu pignorata fuit subhastatione præcedente vendita l. pupillorum C. eodem. Quinimo cum ex ijs constet pecuniam pupillarem in proprios 34 vsus conuertisse, vltra vsuras centesimas, quas exoluere tenetur, pro vt eum teneri, & exoluere petit per tex. in d. l. qui negotiationem §. ex duobus ff. de admin. tut. l. qui sine ff. de negot. gestis l. curator C. arbitr.tut. l. 1. C.de vsur.pupill. * Guttier. par. 2.cap. 9.num.11. à die quo habuit,& retinuit non expectato in hoc casu bimestri, quo alias, vt superius dicebamus, gaudet tutor quo ad vsuras l. tutor §. vsuræ ff. de adm. tut or. Cuiacius lib.5.obseruat.

cap. 12. Monta. vbi supra cap. 32. reg. 9. num. 208. Extra ordinem à Præside instat, vt puniatur, & criminaliter coerceatur vti bonorum vsurpator, & prœdo per doctr. Bart. in d. auth. vt ij, qui oblig. se perhibent, & c. §. quoniam num. 6. Dec. cons. 192. Crauett. cons. 286 Monta. reg. 9. num. 212.
* adde, & quia pecunia, quæ fuerat deposita ad comparationē possessionis, & per decretum iudicis liberata fuit versa in emptionem prædij in beneficium ipsius tutoris petat vel rem emptam sibi adiudicari, vel pretium cum vsuris legitimis l. si curator la terza C. arbitr. tut. l. si vt proponis C. de reiuend. cum cumulatis per Guttier. p. 2. cap. 1. num. 383. & seq. vbi quærit quid in extraneo emēte quid de pecunia pupilli. At tandem quo ad hoc vltimum se defendet tutor, quod cum vertisse in suos vsus pecuniam di-
35 catur, quando sibi sumpsit nūmos ex administratione, vel clam, vel quasi sua pecunia licenter abusus fuerit l. tutor §. pecuniæ & §. vertisse & Lucius §. tutorem ff. de admin. tutor. l. qui sine ff. de neg. gestis, ipse modo non tenebitur ex multis, & primo quidem, quia parem quantitatem prius impedit in rem pupillarem, & post illam pecuniam exactam in proprios vsus conuertit, quo casu non videtur vertisse quantitatem concurrentem cum quantitate sibi debita, & pro illa non præstabit vsuras l. 3. §. planè ver. & si ante impendit ff. de contrar. & vtili tutelæ action. Secundo, quia postquam conuertit, inde impendit pro pupillo d. §. planè. Tertio, quia palam à contutoribus suis, vel præcedente scriptura, & iudicis authoritate, & consanguineorum interuentu (vt alias diximus) superantem pecuniam pupilli mutuo accepit, vel ad annuum censum præstandum, & soluendum, pro vt alij pupillo pecunia non indigenti soluere poterant, & nisi * contutor ad censum per eum soluendum pecuniam vertisset, & ei dedisset, ipse aliunde accepisset l. non existimo, & l. quoties §. non tantum ff. de adm. tutor. Monta. d. cap. 32. reg. 9. num. 217.

36 Quarto, quod in introitu debeant aggregari talia nomina debitorum paternorum, quæ ob eius moram non exacta, ac inde effecta deteriora, & non soluendo vna cum interesse legitimo damno tutoris cedere debent l. tutores §. adolescens ff. & l. debitoribus C. de admin. tut. l. si tutor constitutus ff. de admin. tut. Caualc. num. 118.
* adde, Guttier. d. cap. 9. nu. 34. & num. 36. an, & quando hoc casu tutor teneatur tam ad capitale, quam ad interesse, idem Guttier.

Guttier. par. 3.cap. 1.num.95. Sic etiam debitum ab ipso tutore patri pupilli,& consequenter sibi, non dum exactum l. ita autem §. debitor ff. de eodem. Verum à primo liberabit se tutor, vel quia non potuit exigere, probando quod casu fortuito statim post officium susceptum ab eo debitores non soluendo effecti sunt l.si sine §.Modestinus il primo, & l. etiam contutoris ff. de admin. tutor. & habetur per Rom. cons. 413. num. 16. Vel quia non exegit, cum oportuisset plus expendere in exigendo, quam debitum, & perceptio importasset l. mediterraneæ, vbi notatur C. de annon. & tribut. lib. 10. Piagg. q. 19. num. 10. * adde, Rolan. cons. 15. num. 50. & 51. lib. 1. & alij citati à Guttier. d.cap.9. num. 39. & par. 3. cap. 1. d. nu. 95. A secundo, non nisi soluta sorte cum interesse legitimo l. quoties §. sed si sub vsuris vers. si vero ff. de admin. tut.

37 Quinto, quod debeat aggregari interesse annuorum introituum iam maturatorum ob moram contractam ad rationem septem pro singulis centũ, ad quod de iure tenentur debitore morosi post interpellationem factam, quia annui introitus iam maturati principaliter debentur non accessoriè, pro vt debitores morosos condemnare consueuisse Sac. Cons. ad hanc rationem, testatus est de Franch. decis. 254. vbi quod secus ad interesse. A quo liberabitur tutor, quoties allegauerit ipsum non exigisse, & à debitoribus, qui soluendo sunt, exigere posse ipsum pupillum, & dicenti solutum fuisse illud interesse incumbet probatio l. verius ff. de probat.

* Circa exitum * adde. Scure oportet tutorem imputare omnes sumptus qui vtiliter fuerunt expensi in personam, rẽ, & patrimonium pupillorum l. cõsilio ff. de curato. furioso. l. 3. §. contrarium vers. deducuntur ad finem ff. de contrar. & vtili actio. tutel. l. à tutoribus §. principalibus ff. de administ. tutor. per quæ, & alia ita Guttier. p. 3. cap. 1. num. 38. cum sequ. circa quem exitum occurrunt dubia, & Primo quidem in mutuo, vel emptionibus annuorũ

38 introituum factis de pecunia pupillari, quod scilicet debitores, & venditores sint non idonei, falliti, & decoctores, & ob id ab exitu reijci, & ad introitum summam illam aggregari debere, & ad eam tutorem teneri, cum idoneis credere debuerat l. creditor §. 1. de solut. Pariter, quod non sunt prædia empta non sint pupillo vtilia, & quod non sunt redditus sufficientis, & prætio respondentis, & quod sunt obnoxia obligationibus, & ob id per sordes, &

gratiam cõparata, l. tutor qui repertorium, §. competit, ff. de admin. tutor.

A quibus obiectionibus liberabitur tutor, si demonstrauerit, & legitimè docuerit, debitores cũ quibus contraxit fuisse idoneos, & soluendo tempore celebrati contractus, ac tales, vt sagacissimus quisq; paterfamilias cum ijs contrahere, ipsisque plura credere non dubitasset, l. qui sub conditione, ff. de cond & demon. Roma. cons. 413. num. 3. Iodoc. de tutor. ratio. cap. 2. num. 30. cum pluribus seq. * Guttier. p. 3. cap. 1. num. 90. plures congerit. Et quo ad praeuia, & alias emptiones, quod tempore emptionis fuerit satis diligens in inuestigando de vero dominio venditorum, & emptio conducebat pupillo, & aliàs, vt per Iodoc. vbi supra nu. 33. & 34. vbi iudicis interuenire debere decretum arbitratur, & consulit, ne ob damnum inde succedens teneatur; nam iudicis decretum excusat, facitque licitum, quod alias esset illicitũ, l. si quis quasi ff ad S. Cons. Syllan. cum similibus adductis à Iodoc. num. 38. d. cap. 2. & per nos superius n.

29 Hinc si tutor ipse habet pecuniam superantem exitum depositam, vt idoneis nominibus credat, quam Respublica egens acceperit à tutore nolẽte credere per vim, vel iudicis praeceptum, quod non teneatur idem tutor de interemptione pecuniae, decoctione debitorũ, & Reipublicae, dixit tex. in l. creditor, §. 1. de solution. Excusabitur pariter tutor, si emptiones, & contractus istos fecerit in praesentia, & cum consensu matris, & consanguineorum (vt dicebamus) pupilli per glo. in l. Polla vers. pupillo. C. de ijs, quibus, & indignis per quam, & alia plura ita dixit Iodoc. vbi supra num. 35.

39 Secundo in destructione supellectilium oritur difficultas, quod non sint destructa, & consumpta. Vnde, quoniam difficilis est probationis, tutor docebit, tot, ac talia supellectilia tanto tempore, quo durauit tutela, vel minori, potuisse consumi, & liberabitur Bar. in l. 3. num. 3. C. de muri legulis lib. 11. refert Afflict. decis. 13. n. 27. & quod probetur per librum rationum, iuramentum, ac aliàs Monta. cap. 32. reg. 5. nu. 60. & 66. Cala vbi supra q. 122. n. 491. & quod verosimilis consumptio relinquatur arbitrio iudicis. docuit Bart. in l. non ignorat C. de fruct. & litium expen. & in l. cum seruus, ff. de verb. obligat. & l. qui sub conditione, ff. de cond. & demonst. & praedicti vbi supra. * Baec. de decim. tutor. cap. 2. nu. 185.

40 Tertio, in morte animalium, puta bouum, equorum, & aliorum

rum

rum iumentorum, & seruorum, ouium, & caprarum, cęterorũq; id genus similium, q. .s. mortua nõ sint, & si mortua, q culpa tutoris, vel quia non custodiri, vel qa nõ distrahi fecerit, cũ essent de rebus, quę seruando seruari non possent, l. lex quæ tutores, §. fin. C. de admin. tut. Et circa hoc dicas, quod aut sunt animalia vnum, vel duo, quę gregatim non pascuntur, & probabit tutor per testes, quod sint mortua, si vero gregatim, probabit etiam per coniecturas; durũ est enim de qualibet oue, quæ moritur, vel deperditur habere testes de visu: Vnde benè sufficit probare, quod eo anno, vel tempore, quo mortua dicũtur, & describuntur, communiter accidit in illa regione mortalitas, ita, vt de quolibet grege tanti numeri, mortua sit dimidia, aut tertia, seu aliqua alia pars certa, arg. d. l. 3. vbi Bar. C. de mutileg. lib. 11. l. si creditor, ff. de pignorat. & actione, l. si quis fructus, §. Imperator, & §. caprarius ff. locati, quodque sufficiat qualis probatio etiam per coniecturas, dixit Bart. in d. l. 4. C. de petit. hæred. & quod quando est vnum, vel certum animal, quod per ostensionem corij mors probetur, dixit Bald. in l. cum ita, §. species, ff. de leg. 2. Alex. conf. 158. nu. 3. vol. 2. Calà glo. vnica §. 2. q. 38. num. 225. vbi de equo quoque tradit Dec. in l. si pascenda pecora num. 20. C. de pactis. Arnonus vero sing. 31. requirit vtrunq; .s. mortalitatem, & pellis siue corij ostensionem: id quod dixerat prius Iason relatus à Ioanne Antonio Castellutiano in l. quod te, ff. si cert. pet. fol. mihi 38. Sed quid dicendum circa equum dimissum in pascuis, & à lupis interfectum, atque voratum? Vide Dec. vbi supra. Bart. in l. si negotia ff. de negotijs gestis, & Bald. in l. nemo num. 7. C. de Episcop. aud. qui distinguit de consuetudine, quod nota quia in tutore contingibile. A culpa vero excusabitur tutor, si probauerit, & demõstrauerit, quod emanari fecit bãna in locis publicis pro distratione cum solitis requisitis, vel affixit cedulas in locis publicis, vel quod ea in forum asportari fecit, vt venderet, nec emptores inuenit; sic etiam si non distraxit, quia expectabat contutores, qui venire differebant, vel se se excusare prætendebant, & interim mobilia, & se se mouentia destructa sunt, consumpta, & deteriora effecta, vel mortua: dum tamen expectatio non fuerit satis morosa; non enim exequi debuit illud præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione, tex. est in l. tutor, qui repertorium, §. si tutor, ff. de admin. tutor.

41 Quarto solet difficultas, & discussio nasci circa salarium, sui ipsius, & aliorum, expensas litis in causa suspitionis allegatæ contra eum, vt remoueretur. Pro cuius resolutione dico, quod regula est, quod omnes expensæ bona fide factæ, ac viatica, si ex officio necesse habuit, & debuit aliquo excurrere, & proficisci in exitum referri, & pupillo imputari debent l. 1. §. item sumptus ff. de tut. & ratio. distrahen. * adde. plures docto. citat, & sequitur Guttier. par. 3. cap. 1. num. 134. cum seq. vbi quod debent deduci expensæ quas domi esset facturus, nisi tamen domi viueret ex artificio, & si est rusticus, & pro negotijs suis solius ire pedes, non debet ire pro pupillo æques, glo. in l. idemque § idem labeo ver. cum oportere ff. mandati, non autem personam ipsius concernentes, quas fecisse in exitu descripserit l. à tutoribus §. fin. incip. quemadmodum ff. de admin. tutor. *Nisi* (subdit tex.) *ab eo, qui dat, certum salarium constitutum sit*. Et ideo
42 breuiter circa salarium tutoris dicas, quod si tutor in principio administrationis delatæ fecit sibi à iudice salarium taxari, id quod ex causa ab eo effici potest, vt docuit Bart. in d. l. à tutoribus §. fin. Iodoc. de tut. mercede cap. vnico num. 7. cum pluribus sequ. vel saltim protestatus est, regulariter non debebitur; nec in exitu descriptũ imputandum est; sed solum alij sumptus, & expensæ bona fide factæ d. §. fin. sequitur Guido Papæ decis. 68. afferens rationem; quia tutor gerit munus personale absque erogatione sui patrimonij l. 1. ff. de muner. & honoribus. Caualc. nu. 310. * adde, vbi quod non possit cogi ad statuendum illud per doctrinam Iasonis in l. litem num. 2. C. de procurat. Cornei in cons. 63 litera G vol. 4. At Iodocus meliorem vbi supra attulit rationem, quia tutor habet mandatum à testatore, vel à lege, quod nisi detur, & acceptetur gratuitum, nullum est, & irritum l. 1. §. mandatum ff. mandati vbi * glo. id dicere visa est, & eius officium originem duxit ab amicitia, cui nihil æque aduersatur, quam mercedis promissio, expectatio vel acceptatio. Dixi regulariter, quia fallit in duobus casibus positis remissiuè per add. ad d. Dec. Guid. Papij. Addas tu tertium, & citra protestationem, vel iudicis taxationem, seu decretum, quando scilicet tutor erat legũ Doctor, & in causis pupilli patrocinatus est, ac in exitu non descripsit impendisset aliquid pro salario aduocatorum, & procuratorum, prout in Sacr. Consil. in omnibus hisce casibus decisum fuisse retulit doctiss.

Præ-

Præses de Franch. dec. 123. quã * videas, * adde. Eoq; maxime quãdo continuè est occupatus circa tutelam, ob cuius administrationem propria negotia deserere oportuit, ac rei familiaris curam omittere, & sæpe extra ciuitatem, & territorium domicilij sui, & pupillorum prò negotijs pupillaribus vagari, vt per plura Aretin. in §. actionum n. 80. inst. de action. Caualc. num. 310. Iodocus vbi supra nu. 10. Verum quod pro causa peregrè profectionis tantum, quod debeantur tutorj expensæ, ita vt damnum non sentiat, secus quod vtilitatem capiat, & quod debeat ire pedes, vel eques, iuxta ipsius qualitatem, Guttier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 334. & 335. & c. 2. num. 2. Si vero incidat aliquod negotium, quod tutor officij ratione tenetur subire, tunc si damnum patiatur, iudex salarium constituet; nemini enim officium suum debet esse damnosum, l. sed & si quis ex signatoribus, ff. quemadm. testam. aperian. congerit Menoch. cõs. 228. num. 5. & 24. 25. 29. & nu. 37. cum seqq. & quæ sit iusta causa iudicis arbitrio relinquitur, Alber. in l. à tutoribus, §. principalibus, ff. de admin. tut. quam refert. & sequitur Baec. de decimis tut. cap. 1. num. 10. refert, probatq; Guttier. par. 3. cap. 2. num. 4. 5. 7. & 10. Deberi autem salarium tutori iudicis arbitrio (vt supra) statuẽdũ, & in taxatione requiri tria docuit Molfes. in consuetud. ad Napod. p. 6. q. 11. nu. 24. & videndus est Menoch. d. cons. 228. nu. 38. cum seq. & cons. 2002. & de arbitr. iud. quæstion. centuria 6. casu 512. num. 4. & nedum respectu temporis futuri, sed etiam præteriti ex bono, & æquo, quando tamen protestatus est. Et etiam quando ab initio suscepta muneris non est constitutum, quando officium est graue, & difficile, multique laboris Menocch. d. cons. 228. num. 20. & 24. & cons. 570. n. 4. vol. 6. Verum hoc honorarium, siue salarium non debetur à pupillo si iniustas, & superuacaneas mouerit, vel defenderit lites. Monta. cap. 31. effectu 6. num. 3. per tex. in l. quoties, §. sicut, vers. denique, ff. de adm.
43 tutor. Addas præter regulam casum in balio constituto Baronibus minoribus, vel prodigis cui Sac. Cons. statuere solet à principio salarium, vt ibidem rettulit de Franch. & nos vidi-
44 mus in curatoribus Principis in Regno maximi. Et quod salarium possit vni tutori à contutoribus suis constitui ex causa, dixit Aret. in tractatu de testam. glo 96. num. 9. & in §. sed & propter, inst. de excusat. tut. & Doct. allegati à Caual. vbi supra, vbi declarat in quali tutore hæc

hæc procedant. Et in fratre maiore tutore aliorum fratrum an procedat petitio salarij, videndus est Gherardus à Petra sancta singul. 84. Quando autẽ petitur salarium decerni, & taxari à iudice quid probandum, & articulandũ sit, habetur per * Castrens. cons. 301 nu 7. vol. 1. relatus à Manzin. prima quæst. principali num. 4. Iodocus vbi supra post num. 7. per Calà glo. vnica, §. 2. q. 499. num. 1204. Quid vero in causæ cognitione per iudicem obseruandum sit, idem Iodoc. num. 18. & quantum decernatur, & quatenus idest, vsq; ad quod tempus nu. 15. & 28. & 36. dixit quod cõstitutum, & refutatum à puberibus dari, petetur officio iudicis.

45 Circa salarium aliorum puta factoris, Castaldi, seu exactoris, dicas quod si satis amplum est patrimonium, vel tale, vt expostulet castaldum, vel actorem imputabitur expensis pupilli condecenter tamen Bar. in l. cum ad quemlibet C. de condit. in publ. horreis lib. 10. Caualc. num. 311. quod intelligas semper præcedente decreto iudicis, ex causa tam quo ad constitutionem ipsius, quam salarij, Iodoc. vbi supra num. 41. qui tandem dixit iudicem hoc casu nõ debere procedere de stricto iure, sed de æquitate admittendo, si res, occasio, veritas, & vtriusq; commoditas, & charitas exigat num. 46. & 47. Tu videto, quia satis benè, & moraliter loquitur.

46 Circa alimenta, & salaria magistrorum oritur dubium, quia vltra modum præstitit alimenta, & præter statutum à iudice fecit expensas, & sic contra l. officio ff. vbi pupill. educ. debeat, vel nimis sumptuosè absque decreto iudicis, l. 2. C. de alim. pupill. præstan. quo casu imputari in totum non debent, nec opitulabitur, quod pater pupilli tanta, ac taliter erogari iusserit, vt ipse tutor taxauit, & fecit, quia adhuc moderabuntur, & tutori non imputabuntur omnia, cum adito prætore non effecerit, vt alimenta minuerentur d. l. officio §. hoc amplius, & §. quod si pater. * adde. Et sic alimenta moderatè exhibita pupillis, seruis, & domesticis sunt imputãda, ac mercedes eorum, & præceptorum qui pupillos in artibus instituerunt, atque medicorum qui infirmos curarunt, aut fortè furiosos ad sanam mentẽ reduxerunt, l. 1. §. 1. ff. de tutelæ, & ratio. distrahen. l. cum plures §. fin. ff. de admin tutor. Garsias in tract. de expen & melior. cap. 3. num. 51. & cap. 4. num. 7. vbi id intelligit, dummodo in sumptibus adsit (vt supra) modus, nempè quod eos erant pupilli omnino, & ipse

quoq;

quoque tutor, si ijs opus haberet, facturi, & tantumdem expensuri, d. l. cum plures, §. nimirum: neq; enim medicum, quem aureo pro ipso accersisset, duobus pro pupillo accersset, & sic omnia fideliter gerēt, vti probos viros, qbus res aliena commissa est, decet, ita Gutier par. 3. cap. 1. num. 127. & 128. cum seq. vbi quod imputabuntur, & quoties pupilli essent artifices, vel operas tutori præstitissent, earum rata deducetur. Quod autem non præsumatur in alimentis præstitis donatio etiam si præstans esset sanguine coniunctus puta patruus, & quod alimenta exhibita sorori pupillorum imputantur, constat ex l. qui filium, ff. vbi pupill. educa. deb. & ex deductis per Surd. de alimen. tit. 6. q. 14. num. 14.

Non tamen hic est silentio prætereundum, quod quando pupillus est diues, tutor vero pauper, eum ali debere de bonis pupilli censuisse videtur M. Mãtua problemato 64. lib. 1. refertq; Manzin. vbi supra. Quod tempora si sit adeo pauper, vt proprijs bonis, propriaque industria se se alere non posset, vt per Specul. de libelli cōceptio. §. in hoc tit. col. 5. vers. item pnpillus, nu. 21. Bar. in l. athletæ §. tutor. ff. de excus. tutor. Caualc. num. 309. scribentes in §. dari autem, inst. qui testam. tutor. Bar. in tract. de alim. nu. 51. Pontan. in tract. de alimen. Menocch. d. cons. 228. num. 44. asserens id absque controuersia seruari in tutoribus illustrium personarum, sequitur Guttier. d. cap. 2. num. 9. par. 2. & p. 3. cap. 1. num. 133.

47 Circa expensas erogatas in causa suspitionis ipsius tutoris, qui remotus fuit, vel remoueri prætendebatur vti suspectus. Dicas, quod si causa, ob quam fuit allegatus, vel etiam remotus vti suspectus, culpa sua prouenit, puta, quia non confecit solennia, vel alia, de quibus in rubrica supra, *ne se vti suspect.* per totam, tunc non pupillo, sed ipsi imputabuntur expensæ. Caualc. num. 268. Si vero alia ex causa, vel à iudice, qui iniustè iudicauit; tunc pupillo imputabuntur, & de Franchis dec. 394. Dixit in S. Cons. decisum, vt tutor in instantijs, in quibus culpa sua succubuit, quia aliquid fecit, vel omisit, vnde suspectus iudicaretur, imputet sibi expēsas, in ijs vero quibus obtinuit pupillo expensæ imputentur. Illud autem generale est circa præmissa, quod semper expēsę, & sumptus imputabuntur pupillo, si sint iuxta modum ad arbitriū boni viri, alias nequaquam l. Titium, §. 1. vers. Quæro an contenti, ff. de administr. tutor. & si controuertantur ad arbitrium iudicis, d. l. officio

in

48 in princ. Sed pro complemento l bet adijcere quæstionem notabilem, & de facili contingibilem. Tutor, siue Balius pupilli subfeudatarij, vel feudatarij in exitu descripsit se soluisse domino directo feudi, vel eius Curiæ pro Releuio ducatos tot in primo anno, quo cæpit administrare tutelam, & hoc pro confirmatione inuestituræ obtinenda, quam iam obtinuit in persona pupilli, qui tunc erat infantia minor, vel maior; hic factus iam pubes replicat non bene eum soluisse, ex quo pupillari ætate perdurante ad hoc non astringebatur nec alias vllum pupillo prçiudicium duplicis releuij generabatur cap. 1. quo tempore miles in vsibus feud. & proinde interesse illius summæ à die solutionis vsque ad tempus rationis debere imimputari, siue Balio? Quæritur quid dicendum? Et quidem dico, quod omne interesse medij temporis vsque ad tempus pubertatis, & post annum ipsius currit in damnum tutoris, siue Balij, & hoc per tex. in d. cap. 1. quo temp. miles cap. 1. §. si minori cum seq. si de feudo fuerit contr. inter dom. & agnat. vassalli cap. Imperialem §. præterea vbi scribentes de proh. feud. alien. per Feder. & quia, & per Piagg. 1. §. Item volumus, & mandamus, & Piagg. 53. de officio Procur. Cæsaris? * quibus cautem est, vt Perceptores certiorem reddant Reg. Cameram de morte feudatarij, ne fraudetur, quo ad fructus eius anni, & consequenter quo ad releuium exoluendum tempore debito, * & in pupillis tempore pubertatis, & ita tenuit in d. cap. 1. quo tempore miles in euidentialibus, & nigro. Ex quibus consultus respondi non benè fecisse quendam tutorem subfeudatarij in soluendo ante tempus: sed excusauit se, quod inductus fuit ad id ab eo, qui intendebat secum se conseruare in eorum possessione verborum. Dixit, & facta sunt. * adde Quicquid tament sit Regia Camera aliter seruat, quia astringit statim, exigitque releuium à feudatarijs, & Baronibus Regni pupillis, refertque pluries decisum Dominus Præses Mormilis in Constit. post mortem fol. 99. & nos diximus in nostra Praxi feudor. reintegratoria §. recognitisque inuestitutis il secondo num. 295.

Hæc quidem dicta sint, quando est aliquid, quod opponatur contra exitum, & introitum à pupillo. Quod si nihil opponatur, tunc ad alia deueniendum est, & sic ad restitutionem bonorum in inuentario contentorum, ac reliquorum. Verum quia hoc pendet ex declaratione secundæ partis rubricæ nostræ, ideo ad ipsam deuenio. Et

quæro,

quarto, quæ dicantur Reliqua? Et ex Authore quodam de ver-
49 bis iuris, verſ. Reliqua. Dicas, quod ea dicuntur pecuniæ, quæ initis, ſubductiſque accepti, & expenſi rationibus nobis ſuperſunt; hinc reliquari, & reliquator, & reliqua trahere dicitur is, apud quem ea pecunia ſupereſt l. conſtitutionibus, ff. ad municipalem de incolis, l. qui nominibus, §. 1. ff. de admin. tut. l. creditor, qui oblatam, §. Valerius, ff. de ſolution. Hæc autem reliqua debet tutor ſoluere, l. quamuis, & l. cum ſeruus, & l. qui ſub conditione cum ſimil. ff. de cond. & demonſtrat. reliquorum enim illatio, & perſolutio (vt alias ſupra eodem nu. 3. diximus) omnino annexa eſt redditioni rationum ita, vt ſine ea, hæ aliter redditæ non videantur, l. non ſolum, §. is, qui reddere, ff de libera. lega. adde l. cum ſeruus, ff. de condition. & demonſtr. Ang. conſ. 175. Iaſon conſ. 253. num. 18. vol. 3. Gutier. par. 3. cap. 1. num. 75. ſic enim paria faciet, & parem introitum exitui, & contra quod reliquatum facere dicitur in l. Sticho libertas, §. fin. ff. de liber. legata, & l. ſemper, §. conductores, ff. de iure immunitatis, plenè Monta. cap. 38. à nu. 3. vſq; ad 19. & Iodoc. de tut. & curat. ratione cap. 2. nu. 2. Di-
50 xit, quod rationes reddere nihil aliud eſt, quam reliqua ſoluere, quæ per contextum rationum citra dolum, & culpam bona fide exhibitum, & ſcriptis clare apparent exoluenda eſſe, & cap. 5. num. 21. quod non ſolum rationes tutor reddere obligatur; ſed paria facere, hoc eſt totum debitum præſtare, & perſoluere ſic, vt nihil apud ſe retineat, quod ex calculo deberi compertum fuerit, d. l. Lutius Titius, ff. de manum. teſtam. l. ſi quis ita, §. ſi duo, ff. de ſtatu-
51 liber. Vnde tutor diſcuſſis iam partitis debet deuenire ad reſtitutionem bonorum in inuentario contentorum, Bart. in conſ. Ciccolus. bona dico extãtia, non autem conſumpta, vel ſeruatis ſeruandis diſtracta, de quorum pretio in introitu fit mentio, vel in exitu de deuaſtatione, vel pro vſu pupilli conſumptione. Nec non ad reſtitutionem progredietur inuentarij, inſtrumentorum, & ſcripturarum ab puberem ſpectantium, & in libro rationum, & inuentario fortè mentionatorum, & ſic omnes apochas ſolutionum factarum, d. l. ita autem, §. fin. ff. de admin. tutor. Iodoc. de tut. ration. c. 3. nu. 51. Monta d. cap. 38. num. 8. & 9. adde. Et quatenus reliquatum non reſtituet, doloſus, præſumetur, Ruynus conſ. 60. num. 8. lib. 2. conſ. 97. nu. 9. lib. 5. Pariſ. conſ. 74. num. 34. lib. 1. Menocch. lib. 5. præſump. 3. n. 93.

Poſt-

Post quorum restitutionem non tenebitur litem ceptam perficere, prout tenetur etiam tutela finita, l. vnica C. vt causæ post pubertat. tut. adsit, vbi annotatur. Qua vero probatione indigeat tutor pro hac restitutione, videas per Afflict. decis. 23. vbi Vrsill. ad quos recurrẽdum putauit Calà glo. vnica §. 2. q. 513. num. 1220. alias si dictam restitutionem scripturarum, & bonorum non faciet tutor, iurabitur in litem non solum contra eum, sed eius hæredes, l. aduersus, & l. is, qui, C.
31 de in litem iuran. Iuramentum vero in litem (vt intelligatur id quod in præcedẽtibus sæpe sæpius diximus) est enarrare cum sacramento propter dolum, vel contumaciam aduersarij à iudice delato actori, quanti faciat rem non restitutam, vel perditam, prout iura in suo casu id ei permittunt, ita quicquid alij aliter definierint, describit Phanuccius in tractatu de iureiurãdo in litem par. 1. membro 1. num. 5. qui num. 6. dixit, ideo dici iuramentum in litem, quia in litem .i. in rem in iudicium deductam iuratur, & iuramento æstimatur, quod in iudicium deductum, & petitum est, quod iuramentum non defertur pupillo, l. videamus, ff. de in litem iuran. sed eius tutori, si velit, d. l. videamus, §. curatores in omnibus casibus, idẽ Phanucc. par. 2. membro 1. num. 12. & 15. quo nolente iurare, quod prætor subueniat condemnando contumacem in restituendo rem, ac si fuisset in litem iuratum, l. 3. ff. rem pup. salu. fore & de forma iurerurandi tutoris iurare volentis num. 18. quod vero competat hoc iuramentũ etiam hæredi pupilli, si habeat notitiam eius, super quo iurandum, fuit decisum in Sac. Cons. referente Afflict. decis. 169. & testatur de communi Phan. vbi supra 2. par. membro 4. num. 3. an autem iuretur in litem contra hæredes tutoris & quando, idem plenè distinguit, & declarat vbi supra à num. 7. vsque ad finem. In quibus vero casibus contra tutorem iuretur, dixit par. 2. membro 2. à nu. 27. vsque ad 36. & de taxatione iudicis par. 3. membro 1. & quod fiat etiam post iuramentũ præstitum, num. 3. & num. 4. quæ obseruet in taxando, & an duplum excedat nu. 7. An autem taxationẽ factam reuocet, p. 3. membro 2. disseruit, & membro 3. quando iniustè defertur, vel negatur iuramentum, ad ipsum te relego, quando casus emerserit. Et vt ad institutum reuertamur, tutor præmissis completis, se absolui à iudice per sententiam faciat, vel per laudũ, vel transactionem cum pubere factam præcedẽte decreto iuxta formam, quæ in sequenti rubrica

brica describetur.

Sed iuxta præmissa quo ad hanc secundam rubricæ parti-
53 culam, Quæro. Tutor reddita administrationis ratione remãsit debitor in centum, non habet, vt in promptu reddat, promisit pro ijs soluere decem annua cum pacto redimẽdi iuxta pragmat. primam de censibus, remansit pubes contentus, & liberauit tutorem à tutelæ administratione, effectus inde est non soluẽdo tutor, & bona eius partim ante contractum vltimum post tamen tutelæ administrationem, partim post ad tertios possessores deuenerunt: An possit cum ijs agere ex priuilegio tacitæ hypotecæ competẽtis pro administratione tutelæ iuxta tex. in l. pro officio, C. de admin. tutor. contractu secundo non obstante? Et dicas quod sic, per tex. notab. in l. qui nominibus §. 1. ff. de admin. tut. Verum ego semper in secundo contractu venditionis annuorũ introituum anterioritatem hypotecæ super bonis omnibus, per pactum expressum reseruarem, vt quo ad eam non dicatur nouatio inducta.

Secundo. Idem tutor remansit debitor pupilli iam puberis in decem modijs frumenti, quæ dixit non extare, vel quia comedit, vel quia culpa sua consumptum est frumentum. Quæro an teneatur ad quanti plurimi tutor, & quoad eius frumen-
54 ti æstimatio extendatur? Et ex Caualc. num. 226. dicas, quod aut fructus, & frumentum illud debitum est in specie pura, quia sibi fecit introitum de tot modijs frumenti prouenti ex tali fundo pupilli, vel pro terragio talis territorij, seu feudi, ex quo pactum fuit specialiter, vel nõ, cum idem sit; quandoquidem in dubio præsumuntur coloni, & reddentes huiusmodi obligati dare de fructibus illorum locorum conductorum, vt docuit Bar. in l. domini prædiorum, C. de agricol. & censitis lib. 11. per illum tex. & allegati à Caualc. num. 241. in fine. Et tunc erit in electione puberis velle pretium, quo valebat tempore perceptionis, vel quanti plurimi valuerit, vsq; ad triennium cõputandum à die perceptionis, vltra quod durare illud frumentum nõ præsumitur, vt per glo. communiter approbatam, & ita intellectam in l. vnica, C. si aduersus vsucap. Bar. in l. sed si lege §. scire, ff. de petit. hæred. Neguſ. de pignor. 5. par. membro 5. n. 12. vers. adde tamen, & hoc regulariter, quia attentis locis aliquando vltra, aliquãdo infra triennium durant frumẽtum, & fructus alij, vt per eundem Caualc. num. 229. quibus tñ contradicere videtur doctr. Bar. in l. diuortio, §. ob donationes, ff. solut. matrim. quod scili-

scilicet non crescat æstimatio contra tutorem, cogita. Aut in genere debitū est illud frumentum, vel alij fructus, quos dicat exegisse ab aliquo, qui debebat illud pupillo in genere pro tot nummis receptis, vel aliter ex mutuo, & tunc quia genus perire non potest, l. incendium, C. si certum petatur, æstimatio debebitur quanti plurimi, quia non præsumentur consumpti, sed extare, & sibi non credetur & hoc non solum vltra triennium; sed etiam vsq; ad decem, vel viginti, ac plures annos, ex quo vltra eos recipiunt incrementum, & deminutionem, & stat firmum corpus principale inuisibile: & de hoc loquitur tex. in l. quod te, & l. vinum, ff. si certum petat. vbi Docto. adde. Sed quæro, Periculum imminet rebus adulti siue pupilli, ac etiam rebus tutoris, aut curatoris, ita quod vnico actu, & tempore alterutra possunt saluari, an si tutor, vel curator saluet bona sua, non pupilli, sit tutus? & an, & quando præferat res suas, rebus pupillorum? vide Guttier. tractantem, & decidentem par. 2. cap. 1. à num. 127. vsque ad finem capitis

Hæc de ratione oblata à tutore viuente, vt recipiatur à pubere. Quod si tutor ipse mortuus est, eius hæredes volentes reddere rationem seruabunt id quod diximus in tutore viuēte: & vltra præmissa si pupilli sunt, & aduersa pars recuset, vel differat recipere rationem administrationis factæ de bonis suis ab eorum genitore, ad finem, vt probandorum per filios tutoris mortui memoria pereat, vel
55 non habeatur, poterunt quoq; instare testes recipi ad perpetuam rei memoriam, teste Bal. in l. 2. C. de vsuris pupill. per quos fiet probatio, vt iuris citatis tamen puberibus prius, vt agant infra terminum, vt sciatur si velint agere, vel non: quia si elegerint viam ordinariam, non peruenietur ad istā extraordinariam, & hoc casu, vt possit examen concedi, & fieri ad perpetuā rei memoriam, quid articulandum, probandumque sit, videre est per Calà vbi supra q. 357. num. 945.

56 Sed vlterius Quæro, an tutor à contutore viuente petat administrationis suæ rationem? Et tex. in l. actus, ff. de admin. tutor. dixit quod nequaquam; est tamen verum, quod si contutor aliquid gerit sine altero administratione in solidum decreta, & non diuisa, vel ex fide non gerit, poterit ipsum suspectum postulare, vt diximus supra rubr. *Ne se uti suspectum*, num. 11. & consequenter petere rationem. l. nisi finita, ff. de tutelæ, & ration. distrah.

Item notabiliter (id quod superius hic nos dicturos promisimus)

ſimus) Quæro. Pater, vel alius
57 teſtamento dedit, vel iudex decreuit tutorem aliquibus pupillis, quorum alter alterum biennio, vel maiori ætate præcedit, geſſit tutor adminiſtrationem bonorum ſingulorum in communi, vt quia omnes inſtituti fuerant à teſtatore pro æquali portione, non tamen diſtributa, vel ad oculum diuiſa, hæredes.

Alter eorum factus pubes, petit non ſolum adminiſtrare portionem bonorum communium pro rata; ſed etiam pro ea rata ſibi reddi adminiſtrationis rationem cæteris iam impuberis ſub poteſtate tutoris exiſtentibus, an teneatur inuitus id facere tutor, vel expectanda ſit omnium pubertas? Hanc quod nullus, quem adhuc legerim in terminis formauit, atque deciſit, licet frequentem eſſe doceat experientia, & dum circa eam aliquatenus laboraſſem Neapolim aduentans, inueſtigare volui, an aliquando in Sac. Conſ. fuiſſet hoc caſu facta deciſio; ob quod plures magni nominis aduocatos conſulens, non niſi huc, atque illuc tractas ſententias audiui, ita vt, quæ ego dudum conceperam, in maiorem dubitationem reuocarem. Quinimo libet dicere, quod cum quendam celeberrimum Iureconſultum diuiduorum, & indiuiduorum ſicuti etiam aliarum materiarum iuris, & ſcientiarum peritiſſimum conſuluiſſem, ac quæſtionem propoſuiſſem; in promptu non reſpondere quæſtionibus ſui inſtituti eſſe replicauit; dumque ego ſub iungerem ſupplex, vt incognitus ei, vt diem aſſignaſſet, quo certior fieri de dubio poſſem, reſpondit (*ſi nel mondo hoggi regna l'auaritia*) dedecere, vt laboraret, abſque premio, & ego in tribunalibus cauſam forte propriã, & occurrentem defenderem; cumque illi manifeſtarem, me id cupere, vt Typis committenda hæc Practica, ea deciſione ornata in lucem prodiret, ſe ſe reſoluit quod dum honor, & vtilitas mea futura erat, ego ipſe laborem aſſumerem. Vnde in hac quæſtione mihi laboranti viſa eſt optima ea diſtinctio, quod aut pubes quærit adminiſtrare fructus patrimonij paterni communis cum fratribus impuberibus pro ratha, & dicendum eſt, quod cum ad eorum diuerſionem procedere (quicquid citra cauſam negauerit Bal. in l. vltima C. commu. diuidun. Socc. reg. 329. fall. 1. idem conſ. 79. num. 6. lib. 1.) poſſit pubes minor indiſtinctè, dicendum eſt, quod pro ratha eos fructus adminiſtrare poſſit, idque Bar. in l. iubemus C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Bal. ſibi contrarius in l. 1. ff. de rebus eorum tenuerunt, & communiter teneri retulit Bened. capra

lib.commo.opin.litera M. nu.7. Aut vero petit portionem patrimonij, & corporum hæreditariorum, & siquidem Pater diuisit, vel diuisionem fieri iussit altero existente pubere, vel in certa ætate: & sumus in claris, in quibus coniecturis non est opus l. continuus §. cum ita ff. de verb. obliga. nam absq; causæ cognitione, & decreto id fieri posse constat ex l. 1. & l. prædium C. quando decreto opus non sit, & pro ea parte stabilita à patre, vel alias contingente rationem administrationis petere non prohibebitur, ita tex. notabilis in l. tutores si post §. tutelæ ff. de administ. tut. *Tutelæ* (inquit ille) *iuditium ideo differri non oportet, quod fratris, & cohæredis impuberis idem tutelam sustineat*. Nam (inquit glo.) potest vnius tutela finiri, quia adoleuerit fortè, vel perfectæ ætatis factus fuerit, & alterius durare in persona eiusdem tutoris testamentarij; sed non sic in persona legitimi, vel datiui; quia tunc in fratris puberis, & perfectæ ætatis alter frater impubes reincidit tutelam legitimam, & tutor per prius datus desinit l. si tut. §. si duob. ff. de tut. & ratio. distrah. *Si duobus* (inqt tex.) *impuberib' fratribus tutor datus sit, & alter eorũ in legitimam tutelam fratris sui perfectæ ætatis constituti reciderit, eum, qui datus est tutorem esse desiisse Neratius ait, Quia igitur desinit, tutelæ actio erit etiam ex persona impuberis: quamuis si testamento datus fuisset non desineret esse tutor eius, qui adhuc impubes erat; quia semper legitima tutela testamentariæ cedit*. Si vero pater non diuisit, vt proposuimus quæstionem, & tunc aut idem pater qui non diuisit, non etiam prohibuit diuisionem fieri, puta vsque ad annos decem, vel plures, vel pauciores, vel vsque quo minor natu ad pubertatem, vel ad perfectam annorum viginti quinque, vel decem & octo in Regno ætatem peruenit; aut non diuisit, & prohibuit, vt supra. Primo casu subdistinguas, quod aut expedit puberi minori diuidere, vt quia habet fratrem rixosum, vel contumeliosum, & ob timorem scandali, vel ob aliam causam puta, quia communio esset dãnosa, vt si socius bona dilapidaret, & tunc dicendum, quod possit prouocare glo. in l. inter pupillos vbi Bar. Dyn. & Alber. ff. de auth. tutor. Bar. & Bald. in l. iubemus C. de Sacrosanct. Eccles. idem Bal. in l. 1. C. si aduer. transact. & ita communiter teneri refert Capra vbi supra. Alex. cons. 7. vbi Galli addentes lib. 5. Ruyn. con. 212. lib. 1. Decius cons. 349. num. 4. Socc. reg. 228. fall. 2. Verum quia au expediat non constat, & quan-

quando receditur à regula communi ex causa, opus est, quod causa exprimatur, & probetur, vt notat Oldra. consi 326. incip. quid articuli vers. item non sufficit, & est doctrina communis quam tradit Innoc. in cap. præterea de dilat. Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voca. idcirco ad informationem, & examen deueniendum est, & decretum iudicis, quod *stante expedientia liceat prouocare, & diuidere*; sicut diximus in alienatione in rubrica. *Ac cætera citra dolum, atq; culpam.* num. 27. Aut non expedit, vel expedire non constat, & tunc dicendum, quod non prouocet ad diuisionem communis patrimonij l. 1. §. 1. l. si pupillorum ff. de rebus eorum, & l. penul. C. de prœd. min. Bar. in l. si res pignori num. 7. ff. familiæ hærtiscundæ, & d. l. iubemus in princ. idque ea ratione; quia diuisio species alienationis est l. 1. C. si aduers. transact. Card. noster Consentinus conf. 34. num. 37. lib. 2. Crau. conf. 264. num. 8. vol. 2. quinimo emptio, & venditio appellatur in l. cum pater §. hæreditatem ff. de lega. 2. & l. 1. C. comm. vtriusque iudit. & consequenter portionem suam non obtinebit, neque pro ea rationem administrationis, nō enim potest contradicere introitui, ac exitui circa fructus, & expensas eius rei, & corporis hæreditarij, quod ad eum pertinere incertum est, sua enim non interest, & repelletur arg. l. si pupilli §. videamus ff. de neg. gest. Secundo casu principali si pater prohibuit fieri diuisionē, vsque ad tempus, vel ætatem, vt supra. Quod pater potest vt dixit Bart. in l. Quintus ff. de ann. leg. Bal. in l. 4. ff. de cond. institut. Socc. conf. 48. num. 3. 6. & 79. lib. 1. etiam si nuda sit prohibitio. Ruyn. consil. 212. num. 1. 2. & 3. lib. 1. & impedit actum, per quem diuisio etiam in casu licito fieri potest Imola in l. filius familias §. Diui ff. de lega. 1. vers. extra glo. & habetur per glo. fin. in cap. verum de cond. apposi. Dicas, vt iam dicebamus, quod aut expedit, & etiam iudex potest recedere à tali præcepto testatoris, & prohibitione, si videat minori expedire ex noua causa, de qua testator notitiam non habuerit, arg. cap. cum cessante de appellat. & l. adigere §. quamuis ff. de iure patron. Oldrad. conf. 241. Bar. in l. nemo potest col. 3. vers. quærit Dynus ff. de leg. 1. Salyc. in d. l. iubemus in princ. Ioannes à Platea in l. 2. 5. notab. C. quando, & quibus quarta pars lib 10 per quos ita Socc. conf. 79. num. 3. lib. 1. Si vero non expedit, vel an expediat, non constat, & dicendum eo fortius non posse petere portionem pubescem minorem, quo prohi-

bitio testatoris legis prohibitioni iuncta eam augere existimetur, & in causa non permissa eo f[illegible]rtius impediat iuxta illud, quod duo vincula magis ligant quam vnum l. patre furioso ff. de ijs, qui sui vel alien. §. sed ho[illegible]ie inst. de adopt. Vnde concludendum hoc casu eum, petere non posse portionem, nec rationis administrationis. vt supra. Nec o[illegible]stat tex. in d. § tutelæ, qui simpliciter loquitur, quia intelligendus est, semper in casu licito, & habili, & in conformitatem aliarum legum & sic in pubere perfectæ ætatis, absque decreto, in pubere minore præcedentæ decreto, quod expediat. Qua distinctione attenta nec etiam obstant considerationes, quas olim faciebam negando, quod tutor teneatur reddere pro parte rationem simpliciter, & primo de tex. in l. 3. §. idem Iulianus ff de carb. edicto, ibi *Ne aliquid praiuditium fiat impuberi per puberis personam*. Quia nullum præiuditium fiet pupillo propter diuisionem iam factam, & in sua portione pubes faciet quicquid velit, quod pupillo non nocebit, & tutoré, qui prouocatus ad diuisionem recusare non potuit secundum glo. in d. l. inter pupillos, & Socc. cons. 165. num. 27. lib. 2. credendum est circa portiones se lædi non passurum, maxime vbi maior natu diuidit, & minor optat cap. 1. de parrochijs, quod in regionibus nostris, & Patria mea [illegible]seruatur. Nec ea, quod sicut quando plures sunt tutores omnes tenentur reddere administrationis rationem ita, vt vnus pro parte reddere non admittatur, quia reddere rationem est quid indiuiduum, vt per Bal. in l. si plures C. de cond. inser. ita petere rationem pro parte quis non potest, vt correlatiuorum eadẽ sit dispositio iuxta notata l. 3. C. de indicta vid. toll. & per Bar. in cons. 4. l. 2. Nam diuersa ratio consideratur in vno, & alio casu: nam, quod non admittatur reddere pro parte est inductum ne pubes fraudetur; quæ fraus cessat in casu nostro, cum intersit, & expediat, vt diximus, vnde ex diuersis non fiet illatio l. Papinianus ff. de minor. Nec obstat alia consideratio, quod hoc pronunciatum reddere rationem intelligitur de primo, & sic de vnico actu, arg. l. boues §. hoc sermone ff. de verb. sign. & prolatio actus affirmatiuè concepta recipit confirmationem in primo actu, qui celebratur l. fideicommissa §. si quis decem ff. de leg. 3. vnde semel tenetur reddere rationes tutor, & vnica vice, ergo non modo, sed finita omnium tutela iusta regulam, quod vna determinatio respiciens plura, &c. l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill.

pupill. alias si modo huic, hinc ad quatuor annos illi reddat rationem, pluries astringeretur contra prædicta. Nam dico, quod redditio rationum habet tractum successiuum ad tutelam, & administrationem, quæ modo in vno, modo in alio finitur; ideo pluries quo ad plures dicitur reddi, non autem pluries; sed semel, & vnica vice iuxta pronunciatum, quo ad vnum redditur, & in l. iam hoc iure lex resistebat acti, scilicet pupillarem substitutionem fieri puberi effecto, vnde fuit, quod determinatio testatoris ad solam vulgarem reduci debuit, tam puberi, quam impuberi conuenientem, hic vero lex assistit: cauit enim vt pupillorum pubertate non vnico, eodemq; tempore quo ad omnes adueniente; sed gradatim, successiue, & conditionaliter, tutela finiatur, & consequenter actio tutelæ, & rationum redditio competat l. nisi finita ff. de tute. & ratio, distrah. & inst. de tutelis in principio. Hæc habuimus, vt in medium afferremus, tu vlterius inuestiges, & cogites libellumque aptabis iuxta tui ingenij vires contra tutorem, vt rationem pro parte contingente puberem reddat ex præcedenti distinctione.

58 Tandem pro complemento huius solemnis rubricæ aduerto curatores puberis circa redditionem rationis faciendæ per tutorem, vt diligenter versentur circa eam; nam si eorum culpa per puberes cum eorum consensu à tutoribus olim petitum est, minus quam recipere realiter deberent ipsi puberibus tenebuntur, damnabuntur, & contra eos exequutio fiet: qui tamen si hoc non obstante agant quoque contra tutorem ex restitutione in integrum, id quod possunt, tenentur cedere curatoribus sibi damnatis: & si curatores soluũt puberibus, quod eis cedenda sit actio per puberes contra tutorem prius, alias quod nõ astringantur ad solutionem non facta cessione, dixit tex. notab. in l. si minoris ff. de administr. tutor. Hęc sufficiant. Ioannes Paulus Galterius V. I. D.

Quo peracto se legitimè procuret absolui Rubr. Finalis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio, quæ non fuit sufficienter, sed dolo reddita, iterum reddi debet, & dolus ex quibus præsumitur num. 6. 9. 10. & 19.*

2 *Liberatio solemnis præsumi-*

tur, de qua instrumentum apparet.

3 *Noua quietationis ab administratione tutelæ formula & num. 5.*

4 *Clausula apponenda in contractu, pro quo quid soluitur, & de causa nu. 17.*

7 *Calculo calculatoris à iudice de consensu partium electi stabitur, donec error probetur.*

11 *Ratio reddita probato errore calculi, iterū reddi debet regulariter, & de fallentijs n. 12. 13. 14. 15. 16. & 18.*

20 *Cautela optima est, vt tutelanes scriptura omnes lacerentur.*

21 *Tutor rite, recteq; administrationis ratione reddita à pupillo honorandus est.*

22 *Tutor olim pauper, modo diues non præsumitur locupletior effectus ex bonis pupilli, sed proprijs laboribus & de ratione num. 23.*

24 *Quando author operi finem imposuit, habuit ex vxore filium.*

1 CVM ratio administrationis, quæ nō fuit sufficienter reddita, iterū reddi debeat, argum. l. quoties, ff. qui satisd. cogat. l. qui per salutem vbi notatur, ff. de iureiur. & notatur in l. 1. C. de errore calculi, Soccin. cons. 190. nu. 3. ideo caret tutor eam reddere secundum dicta in præcedenti rubr. & in rubr. *librum confic. ratio* & rub. *Vel acceptās solemnia adimpl.* in materia inuentarij, quo quidem casu verificabitur dispositio tex. l. semel, vbi Bar. C. de apoch. publ. lib. 10. & doctriua Doctor. allegatorum à Monta. cap. 38. n. 18. quod ratio semel reddita iterū reddi nequit, de qua redditione sibi postea confici faciat publicum liberationis instrumenum, arg. notatorum à Bart. in l. testium, C. de testibus, & d. l. semel, cum ea liberatio præsumatur solemnis, de qua instrumē- 2
tum appareat, Bart. in l. si inter C. de solut. * addde. Quod si solū *
instrumentum liberationis appareat, quo asseratur redditas rationes, quæ realiter iuxta prædicta, & inferius dicenda non sint redditæ, tutorem non releuabit, quia iterum rationes reddere teneatur, Guttier. p. 3. cap. 1. à num. 14. vsq; ad nu. 21. cuius quidem instrumēti quietationis licet ponat formulam vnam, Specul. in tit. de instrum. editione, §. dicto de impugnatione testamenti n. 11. fol. mihi 728. alterā Speluncanus in arte Notariatus fol. 355. in paruis. Tum Iodocus tertiā in patrocinio pupillorum de tuto liber. c. 2. nu. 49. Tamen priores duæ mihi non faciunt satis, ac tertia vti poteris tantum, quando pupillus

pillus maior effectus liberat tutorem: at quoniam vsu contingit frequẽtiori puberes effectos statim ab olim tutore petere rationem, & de habita, ac reddita conficere teneri liberationem; ideo nos infrascriptam in medium afferre voluimus.

In Dei nomine. Amẽ. Anno à Natiuitate, &c. Regnante, &c. Die &c. Apud Ciuitatem, seu Castrum, &c. Nos talis Iudex, &c. & talis publicus Notarius, &c. & infrascripti testes, &c. fatemur, quod eodem die in nostri præsentia constitutis Marcello N. filio legitimo, & naturali, ac hærede quondam N. annorum circiter quindecim, vt dixit, cũ assensu, consensu, beneplacito, & authoritate N. N. curatoris per ipsum dudum electi, & per Curiam d. loci confirmati præuijs solemnibus, ac subsequuto decreto eiusdem Curiæ, cuius, & quorum tenor talis est, & inseratur forma petitionis, & decreti, & descriptorum rubric. præcedẽti nu. 14. & 15. *præsentis, suumq; beneplacitum, & authoritatem præstantis eidem Marcello puberi ad omnia, & singula infrascripta omni suasione, & violẽtia cum dicto pubere cessantibus stipulante pro se, hæred. & successoribus ex vna: Nec non Petro N. olim tutore testamentario, legitimo, siue datiuo eiusdem Marcelli nunc puberis similiter stipulante pro se, hæred. & succ. ex parte altera. Præfata quidem ambæ partes cum consensu, vt supra respectiuè, asseruerunt, qualiter dum idem Petrus de anno, &c. mense, &c. sub die, &c. fuisset datus testamento, vel à iudice decreto præcedente declaratus tutor eiusdem Marcelli, ac sibi decreta administratio bonorum omnium, siue talis loci, vel pro tali parte ipsius olim pupilli, quæ fuerunt relicta ei per dictum quondam eius pa-*
a *trem,* a *confecit inuentarium illorum publicè rogatum, & solemniter stipulatum manu talis Notarij: Nec non administrauit bona eiusdem, librumq; confecit rationum scribendo in introitu omnes, & singulas partitas, & pecuniarum quantitates, quæ prouenerunt ex redditibus dicti patromonij, & hæreditatis, ac ex venditione bonorum omnium, siue aliquot contentorum in inuentario, nec non fructus, & species, ac etiam annotando in exitu quicquid pro vtilitate ipsius Marcelli, & occasione dictæ tutelæ fuit erogatum vsque ad tempus pubertatis ipsius, quæ fuit in die tali, mense, & anno, &c. Qua adueniente asseruerũt ad petitionem, & instantiam ipsius tutoris volentis reddere rationem administrationis prædictæ,*
b b *de communi consensu elegisse cum authoritate eiusdem N. curatoris N. N. arbitros, vel calulatores,* si extra iuditium

id fiat, quod si in inditio scribas assertionem aliter, prout facti qualitas exposcit paucis mutatis scilicet, & cum consensu iudicis. *Coram quibus præsentatis libris rationum, ac inuentario,* c *& introitu, ac exitu calculatis repertum est introitum fuisse parem exitui, vel superare exitum in tot, vel exitum superare introitum in tot, si quidem introitus fuit calculatus in tot, & exitus in tot, pro vt per scripturas præmanibus exhibitas demonstrarunt, in quo quidem introitu, & exitu fuerunt imputata omnia bona, siue multa bona mobilia, seu se se mouentia, & stabilia, quæ fuerunt vẽdita legitimè, & illorum pretiũ in ipso introitu descriptum, vel quæ fuerunt iam consumpta pro vsu, & vtilitate pupilli, quæ cõtinebantur, & continentur in d. inuentario. Quo quidẽ peracto subiunxerunt per eosdem arbitros, vel calculatorem datũ fuisse terminum ad discutiendũ, & dispungẽdum rationes ipsas, & partitas introitus, & ad opponendum contra ipsas,* d *& tãdem benè visis, & reuisis per ipsum puberem, consanguineos, & iuris peritos habitas, vti legales, & veras fuisse,* e *& aliquot partitas, & capita gratiosè remissa, vel reputata bona, vera, & legalia V el & opposito, quod introitui alia summa aggregari deberet, & ab exitu aliquot partita expensarũ detrahi deberẽt, replicatoq; per tutorẽ, quod benè & legaliter fuerant descripta, vt nihil addi, & detrahi posset. Tãdem fuisse* f *prolatum laudũ per dictos N.N. arbitros tenoris sequentis. V isis scripturis, & actis omnibus, auditisq; partibus fuit prouisum N. tutorem fore, & esse liberandum, & absoluendũ, pro vt absoluitur, & liberatur ab administratione tutelæ d.N. olim pupilli, & omnibus ab ea emergentibus, & dependentibus quocunq; modo, & dictum quod de cætero non molestetur, & de liberatione conficiantur debitæ cautelæ.* g *Confirmatum iã per partes, & per curiã dictæ terræ decreto subsequente infrascripti tenoris, &c. Per curiã, &c. V isa instantia nobis porrecta, laudoq; prolato per arbitros fuit decretum, quod illud exequatur iuxta illius seriem, continentiã, & tenorem, & ita prouisum per hoc suum, &c.* h *Cui quidẽ calculo, laudo, & decreto tanquam iuxta iuris tramites iamdudum facto, & latis stare volentes ipse Marcellus, et curator curatorio nomine, & dictum tutorẽ iuxta eorum formam in futurum cautum, securumq; reddere, ac suos hæredes, & successores ita, vt amplius inquietari pro dicta tutelæ administratione non debeant, neq; possint: ideo hodie prædicto die præfatus Marcellus cũ consensu, &c. fecit eidem,* vt infra dicetur

dicetur num. 5. ibi, *& è contra prædictus Marcellus cum consensu, &c.* Quod si fuisset appel tum a laudo subiungatur. *A quo quidem laudo cum fuisset appellatum, fuit diu litigatum in talibus curijs, & tribunalibus, & magna pecuniarũ quãtitas hinc inde erogata, & maxima quidẽ eroganda erat: quibus quidem expensis, ac laboribus, & animi inquietitudini vt parceretur, asseruerunt vltimo fuisse deuentũ*
i *ad concordiã, conuentionẽ,* i *pactum, & transactionem infrascriptam. s. quod ipse Petrus tutor olim ex causa administrationis prædictæ, & omniũ ex ipsa emergentium, & dependentium quomodocũque, & qualitercũq; soluat eidem Marcello ducatos tot, & oblato libello iudici N. de expedientia dictæ transactionis pro ipso minore, captaq; desuper informatione, & constito per viros litis, & capitum ipsius conscios de expedientia, fuit latum decretum infrascriptum,* quod erit tale. *Visis actis fuit prouisum, & decretum quod liceat dicto Marcello puberi cum consensu N curatoris cõficere dictã transactionem pro summa oblata, & facere debitas cautelas, & ita, &c. Ideo hodie prædicto die ipse Petrus tutor in nostra præsentia manualiter, & incunctãter soluit eidem Marcello præsenti, & cum consensu, vt supra, recipienti prædictos ducatos tot.*

Nec non consignat eidem infrascripta bona inuentariata, de quibus non fuit factus introitus, vel exitus in d. libro rationum, atque infrascripta instrumenta talis rei, apochas solutionũ siue nominum debitorum, & inserã-
k tur summatim. k *Cum pacto tamen, quod si contigerit prædictum Marcellum ex aliqua causa, vel ratione venire contra prædictam transactionem, quietationem, pactum, vel aliqua contenta in præsenti instrumẽto in iuditio, vel extra, semper à limine iuditij repellatur, & in nihilo audiatur, ac exbursare teneatur prædictam pecuniarũ quantitatem incunctanter, & manualiter vna cum interesse à præsenti die decurrendo ad rationem tot pro centenario eidem tutori hic in terra, vel ciuitate N. ita quod per depositionem ipsius in publico banco, vel alibi non satisfaciat, rato nihilominus manẽte pacto in præsenti instrumento apposito, seu apponendo*
5 *inferius. Et contra prædictus Marcellus cum consensu, vt supra, fecit eidem Petro præsenti, ac pro hæredibus, & successoribus stipulanti finem, refutationẽ quietationem, & liberationem generalem, perpetuam, ac pactũ de vlterius non petendo, deducẽs in aquilianam stipulationem, & acceptilationem subsequutam, ac* (docente Iodoco) *remisit omne, & quodcunq; ius, quod sibi,*

aut successoribus prædictis occasione dictæ administrationis nũc cõpetit, & forsã cõpetere poterit in futurũ l ẽt si illud prius ignoraret, siue illa ignorãtia esset in genere, & in specie, siue in spẽ, et in genere, siue in genere, & non in specie, qualecunq; fuerit etiã incognitum, & excogitatum, etiam si dolo, fraudeq; alicuius esset incognitum tam in genere, quam in specie, arduum, & non m arduum, siue leue, m & promisit tam pro se, quam suis hæredibus, & successoribus solemni eius iuramento interueniente ad sãcta Dei Euangelia præstito, mihi Notario publico tanquam publicæ, & authenticæ personæ solemniter stipulanti, & recipienti vice, ac nomine omnium, & singulorum, quorum interest, aut interesse poterit quomodolibet in futurum prædicta inuiolabiliter obseruare, & præfatum Petrum super facta per eum administratione, aut illius quocunque, & qualicunq; prætextu, eiusq; hæredes & successores nullo vnquã tempore aut modo in iuditijs, vel extra impetere, molestare, aut alias quomodolibet inquietare, & perturbare, seu per alium, vel alios quouis quæsito colore impeti, molestari, inquietari, vel perturbari facere sub pœna vntiarum auri tot, pro tertia parte Curiæ, ad quam fieret reclamatio, alia dictæ Ciuitatis, vel oppidi pauperibus, ac alia tertia eidem Petro statim, & ipso facto in euentũ contrauentionis, absq; vlla mora erogandarum, soluendarum, & applicandarum, in quam pœnam ijdem contrahẽtes se ex nunc, pro vt ex tunc incidisse recognouerunt, ac pro iudicatis, & condemnatis haberi, & reputari debere voluerunt, et consenserunt, absq; alicuius excusationis, & iuditiarij processus vlteriori prosequutione, salua nihilominus, & rata liberatione præsenti semper manente, ac pacto, vt superius est conuentum. Et ne in futurum de præmissis, seu ipsorũ aliquo amplius quæri possit, partes ipsæ cum consensu vt supra, sponte, &c. de communi voluntate, & consensu voluerunt, vt inuentarium, liber rationum, ac omnes, & quæcunq; scripturæ dictam administrationem cõcernentes, quo ad se ipsos tantum, inter se ipsos, hæredes, & successores eorum, & cuiuslibet ipsorum, ex quibus fortè appareret, vel apparere posset d. Petrum, & hæredes, ac successores fore, & esse obligatos in aliquo ex nunc, pro vt ex tũc eo reperto, & contra n lacerentur, annullentur, & cassentur, pro vt ab ipsismet in nostra præsentia lacerantur, cancellantur, & cassantur, & si aliquæ copiæ, vel originalia alicubi apparuerint, vel sint voluerũt semper haberi pro cassis, cancellatis, irritis, & laceratis, ita vt contra ipsum Petrum

Petrum tutorem nullius sint roboris, atq; momenti, nec vllam faciant in iuditio, vel extra probationem, psūptionē, vel iuditiū Pro quibus ōibus, et singulis præmissis tenendis, obseruandis, & plenariè adimplendis, ac pœna in euentum contradictionis, & contrauentionis, vt prædicitur, persoluenda, & applicanda, ijdē contrahentes obligarunt se, & bona eorum omnia, mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, acquisita, & acquirenda, eaq; submiserunt iurisdictioni, compulsioni, & coerctioni quorumcumq; iudicum tam Ecclesiasticorum, quam secularium, quarumuis curiarum, vel locorum, per quos, & eorum quemlibet per d. Petrum hæredes, & success. quo ad hoc eligendos, & eligendum voluerunt compelli, cogi, coerceri posse vsq; ad plenaria omniū prædictorum obseruationem. Renunciauitq; dictus Marcellus ex certa eius scientia tam pro se, quam pro hæredibus, & success. exceptioni doli mali, etiam commissi in actu liberationis, vis, metus, & fraudis, & in factum actionis, conditioni sine causa, rei prædicto modo nō gestæ, non habitarū, non receptarum, consignatarum, a[illegible] tutarum rerum, non n[illegible] pecuniæ, spei futuræ nu[illegible] nis, erroris calc[illegible] cl[illegible] neralis si q[illegible] h[illegible]itur, rec[illegible]

viri .i. appellationis ad arbitriū boni viri, ne quis condemnetur nisi habita ratione, ne egeat in futurum, fori, deceptionis vltra, uel infra dimidiā iusti ptij, iuris ac facti ignorantiæ, non verosimilitudinis, implorationis iudicis. quod locupletatur cum alterius iactura, enormis, seu enormissimæ læsionis, suggestionis, cōtrariæ inspectionis librorum, rationum, codicum, scripturarum aliter, vel plus, seu minus scriptum, quam dictum, & e cōuerso, quod non fuerint, nec sint plenariè, & integrè soluta, satisfactaque reliqua. exceptioni insuper non habitæ notitiæ, aut cercior ationis exceptionum, & aliorum supra, & infrascriptorum (si quidem per me Notarium illorum omnium notitia, & cerciorati o facta est, & reddita vulgariter declarando.) Nec non omnibus, & singulis alijs tam iuris, quam facti exceptionibus, beneficijs, priuilegijs, & defensionibus, etiam rusticis, vel alijs ex qua vis causa concessis, ac forsan concedendis, quas, & quæ licet præsentibus non exprimantur, insertas, expressas, inserta, & expressa in ijs haberi voluerunt: nec non iuri dicenti generalem renunci[illegible]m non valere, nisi præ[illegible] specialis, quibus contra [illegible], aut aliquod eorum [illegible] vel indirectè, aut aliquo [illegible]do se tā de præsenti, quā de

aut successoribus prædictis occasione dictæ administrationis nũc cõpetit, & forsã cõpetere poterit
l in futurũ \ et si illud prius ignoraret, siue illa ignorãtia esset in genere, & in specie, siue in spẽ, et in genere, siue in genere, & non in specie, qualecunq; fuerit etiã incognitum, & excogitatum, etiam si dolo, fraudeq; alicuius esset incognitum tam in genere, quam in specie, arduum, & non
m arduum, siue leue, m & promisit tam pro se, quam suis hæredibus, & successoribus solemni eius iuramento interueniente ad sãcta Dei Euangelia præstito, mihi Notario publico tanquam publicæ, & authenticæ personæ solemniter stipulanti, & recipienti vice, ac nomine omnium, & singulorum, quorum interest, aut interesse poterit quomodolibet in futurum prædicta inuiolabiliter obseruare, & præfatum Petrum super facta per eum administratione, aut illius quocunque, & qualicunq; prætextu, eiusq; hæredes & successores nullo vnquã tempore aut modo in iuditijs, vel extra impetere, molestare, aut alias quomodolibet inquietare, & perturbare, seu per alium, vel alios quouis quæsito colore, impeti, molestari, inquietari, vel perturbari facere sub pœna vntiarum auri tot, pro tertia parte Curiæ, ad quam fieret reclamatio, aliæ dictæ Ciuitatis, vel oppidi pauperibus, ac alia tertia eidem Petro statim, & ipso facto in euentũ contrauentionis, absq; vlla mora erogandarum, soluendarum, & applicandarum, in quam pœnam ijdem contrahẽtes se se ex nunc, pro vt ex tunc incidisse recognouerunt, ac pro iudicatis, & condemnatis haberi, & reputari debere voluerunt, et consenserunt, absq; alicuius excusationis, & iuditiarij processus vlteriori prosequutione salua nihilominus, & rata liberatione præsenti semper manente, ac pacto, vt superius est conuentum. Et ne in futurum de præmissis, seu ipsorũ aliquo amplius quæri possit, partes ipsæ cum consensu vt supra, sponte, &c. de communi voluntate, & consensu voluerunt, vt inuentarium, liber rationum, ac omnes, & quæcunq; scripturæ dictam administrationem cõcernentes, quo ad se ipsos tantum, inter se ipsos, hæredes, & successores eorum, & cuiuslibet ipsorum, ex quibus fortè appareret, vel apparere posset d Petrum, & hæredes, ac successores fore, & esse obligatos in aliquo ex nunc, pro vt ex tũc eo reperto, & contra
n n lacerentur, annullentur, & cassentur, pro vt ab ipsismet in nostra præsentia lacerantur, cancellantur, & cassantur, & si aliquæ copiæ, vel originalia alicubi apparuerint, vel sint voluerũt semper haberi pro cassis, cancellatis, irritis, & laceratis, ita vt contra ipsum Petrum

